Post hec erat dies festus iudeorum Et ascendit xpus etc. Dividitur parte principali in qua agitur de manifestacione ubi incarnati verbi quod respiciat conditiones a parte eorum quibus fit manifestacio. hic est 2a pars principalis in qua agitur de manifestacione ubi incarnati secundum quod respicit conditiones a parte ipsius verbi manifestati / ondit enim primo quod ipse dei filius qui et patris verbum est manifestat curatorem confirmatorem directorem et vivificatorem / primo ergo ondit se curatorem in presenti capitulo / 2o confirmatorem capitulo 6o ibi post hec abiit / 3o directorem in principio septimi usque ad undecimum ibi post hec ambulabat / 4o postremo recuperatorem in lazari resuscitacione in principio capituli undecimi ibi erat autem quidam languens / primo ergo capitulum in quo manifestat se curatorem per miraculum paralitici curacionem / habet 4or partes secundum quatuor que hic declarantur / in prima enim tangitur miraculosa curacio / in 2a curacionis calumpniacio ibi Erat autem sabbatum / in 3a calumpniacionis confutacio ibi Respondit itaque ihesus et dixit eis / in 4a confutacionis corroboracio et hoc per multa testimonia ibi Si ego testimonium perhibeo etc. miraculosa ergo curacio primam literam describitur a quatuor / primo a congruencia temporis / 2o a disposicione loci ibi Est autem Jerosolimis / 3o a natura languentis ibi Erat autem quidam homo / 4o a potestate curantis ibi Dicit ei ihesus surge tolle etc. / primo igitur describitur a congruencia temporis quia tempus festi erat in quo beneficia dominus xpus consuevit impendere / propterea dicit post hec / scilicet que supra narrata sunt / erat dies festus iudeorum / Crisostomus dicit quod iste dies festus erat penthecoste / qui erat medius inter pascha et scenophegia / id est solempnitatem tabernaculorum / et ascendit ihesus in Jerusalem sicut habebat in consuetudine omnes iudei / luc. 2o ascendentibus illis Jerosolimam secundum consuetudinem diei festi.

¶ Est autem Jerosolimis. hic 2o tangitur disposicio loci ubi facta est curacio / quia in loco curacionis / qui erat piscina probatica / et dicitur probatica a probaton grece / quod est ovis latine / quia ibi lavabantur oves ad ymolandum / piscina vero idem est hic quod cisterna quedam ampla non multum profundetat / sed tamen non habebat aquam tangentem superiores partes litoris vel rippe / et dicitur piscina per antifrasim eo quod numquam pisces habeat / propter quod dicit Est autem Jerosolimis piscina probatica id est pecualis / quia sicut dictum est ibi lavabantur pecora ad hostie / et erat hec piscina iuxta templum / et ab hoc officio denominacionem acceperat / ideo dicit que cognominatur ebraice bethsaida / latine / domus venacionis / vel domus frugum vel pecorum / ut consignificacione vocabuli daretur intelligi ipsam pertinere ad ritum sacrificiorum / de omnibus enim illis rebus fiebat sacrificia / et sicut hoc habebat officium ita habebat ornatum unde dicit quinque porticus habens / porticus est parte umbraculum / quod patet residentibus iuxta domum / et sic habuit ipse locus ut defensi ab estu et pluvia advenientes ibi distinebant / unde dicit In hiis iacebat multitudo languencium / et per naturam mirabilium / et ne putetur quod piscina tamen erat ordinata ad curam hominis infirmantis / sicut sunt balnea naturalia / ideo subdit cecorum claudorum aridorum expectancium aque motum / ut scilicet sanarentur per divine gracie beneficium / quod inde debetur ei in descensu angeli in

[illegible]

[illegible marginal notes at head of page]

aqua / unde dicit Angelus autem domini secundum tempus descendebat in piscinam
ad sanandum infirmos / et huius descensus
subdit signum et movebatur aqua ut
aquam videntes / quem angelum videre non
poterant / Item dominum subdit effectum
et qui prior descendebat in piscinam
post motum aque sanus fiebat a
quacumque detinebatur infirmitate / sine distinc-
tione quia sicut dicitur actuum 10° non est
personarum acceptor deus ¶
Erat autem quidam homo ibi etc. Hic
tangitur 3m scilicet languentis necessitas
quia diu infirmus fuerat / et omni auxi-
lio destitutus / et quia infirmus erat ideo dicit
erat autem quidam homo ibi / quidam dicitur
quia iste in miseria singularis fuit / et
quia diu infirmus erat / ideo dicit
triginta et octo annos habens in infirmi-
tate sua. Ecce infirmitatis longitudo super
qua dominus ihesus motus est misereri / et
querere et alloqui eum / unde dicit hunc
cum vidisset ihesus iacentem in infirm-
itate / et cognovisset quia iam multum
tempus haberet in penalitate miserie / dicit ei
per benignitatem suam / vis sanus fieri /
per virtutem divine potentie / hoc non que-
rebat quia de voluntate dubitaret quod et
patet ex languidi responsione unde dicit
respondit ei languidus domine hominem non
habeo ut cum turbata fuerit aqua mittat me
in piscinam et ita semper fui / et non est
qui adiuvet. Psalmus tribulatio proxima
est et non est qui adiuvet / et ego
ex me sum impotens unde subdit dum
venio enim ego alius ante me descendit
et ita sanari non possum quia non sanabantur
nisi unus et ille qui prior descendit
et sic innuitur languentis necessitas ¶
Dicit ei ihesus / Hic tangitur 4m scilicet
curantis potestas / quia solo precepto sanavit
unde dicitur dicit ei ihesus est potestas ihesu

[illegible marginal and interlinear notes]

Surge per vitalitatem / tolle grabatum tuum per
fortitudinem / et ambula per sanitatem certitudinem 3 /
quod et factum est / unde et subdit et statim
sanus factus est homo / ecce vitalitudo / et
sustulit grabatum suum / ecce fortitudo
et ambulabat ecce sanitatis certitudo
et hoc totum factum est ihesu christi verbo quod
dixit et facta sunt unde mardocheus
dicebat hester 13 domine rex omnipotens
in dicione tua cuncta sunt posita et
non est qui possit tue resistere voluntati
¶ Moraliter nunc videndum est que sit ista
piscina / quinque porticus / qui
sint infirmi / et quomodo curantur / piscina
que ex aquis pluvialibus aggregatur
penitencia est / in qua est effusio lacrimarum /
pro amissione peccatorum. De hac pluvia
dicitur Ier. 5 / non dixerunt in corde suo
metuamus dominum deum nostrum qui dat
nobis pluviam temporaneam / et serotinam in
tempore suo / temporanea id est compunctionem pro ma-
lis commissis / et serotinam pro bonis obmissis /
hec pluvia tamen descendit in valles
hoc est in humiles / non est in montibus
hoc est in superbis 2 Reg. primo montes
gelboe nec ros nec pluvia veniant
super vos / Hec piscina penitencie habet
quinque porticus in quibus requiescit / quia
quinque sunt consideraciones que dominum faciunt
hominem in penitencia permanere / Prima
consideracio reatus peccati / quo se obli-
gavit ad penam / psalmus quoniam ego in fla-
gella paratus sum et dolor meus in
conspectu meo semper / Secunda est consideracio seve-
ritatis iudicii hebr. 2°. Si penitentiam
non egerimus incidemus in manus
domini / hebr. 10 horrendum est incidere
in manus dei viventis / 3a est oportuni-
tas loci / quia post non erit locus penitencie
Eccl. 9° quodcumque potest manus tua
facere / instanter operare / quia nec opus
nec ratio nec scientia nec sapientia erit

[illegible marginal notes]

apud inferos quo tu pergis / 8ᵘ est
consideracio incertitudinis dei potencie
eius quia nescio homo finem suum sed sicut
pisces capiuntur hamo et sicut aues
capiuntur laqueo sic comprehendunt homines
tempore malo / 9ᵘ est consideracio incertitudinis
status sui quia nescit utrum fecit deo pla
citum unde dicitur in ps. et eius non cepi
ecclesiastes 10ᵒ omnis potestatus breuis
uita et infra sicut rex hodie est
cras morietur / Infirmi sunt ceci peccan
tes per ignoranciam / math. 15ᵒ ceci sunt
et duces cecorum cecus autem si ceco du
catum prebet ambo in foueam cadunt
claudi sunt qui peccant per inpoten
ciam / 4ᵃ 12 Gressus rectos facite pe
dibus uestris ut non quis claudicans
erret / arridi qui peccant per
maliciam et duriciam / eccli 3ᵒ cor
durum male habebit in nouissimo
eccli 30ᵒ O presumpcio nequissima un
de creata es cooperire aridam malicia
Hii sanantur in aduentu angeli i.
uisitacionis diuine / post commocionem aque
i. lacrimacionis interne / Trenorum 2ᵒ
Effunde sicut aquam cor tuum ante
conspectum domini per descensum in piscinam
aque i. humilitate prime ysa. 47ᵒ des
cende sede in puluere uirgo filia ba
1ᵒ bilonis / hic queritur / unde piscina hec
2 uirtutem habebat / Et qua racione illi
piscine talis uirtus collata erat / Iterum
3ᵒ cur tanta esset uirtus unde et hoc
quod scriptura de ea mencionem non facit
uidetur quod negligencia scriptorum fuerit
sed dicitur quod hec uirtus apparuit
circa passionem christi quero quare hoc
et quare adueniente passione cessa
uit / Respondent quidam quod in piscina
erat lignum crucis / quod tunc temporis cepit
apparere / et supernatare / ideo ad nobi
litandum sue passionis / trophem uoluit
dominus ihesus miraculum illud ostendere / Et
circa passionem quia tunc cepit et non post
passionem quia lignum inde extractum fuit
sed hoc in scriptura autentica non habet /
eadem racione qua probatur / Destitu-
itur hoc dicunt alii / quod in aqua illa nulla
erat uirtus / sed angelus descendens
secundum eius tempus faciebat hoc in aqua per uir
tutem sibi a domino datam / Dicunt quod hec uirtus
data erat angelo in aqua ad signandum
baptismum in quo fit ablucio per aquam / et sanacio
per spiritum / et ideo circa baptismum promissa fuit
et adueniente baptismo cessauit / et ideo
quia paruo tempore durauit et tandem defecit
scriptura de hoc mencionem non fecit / Iterum
queritur / cum eque facile esset domino ihesu
curare omnes sicut unum et ipse sit lar
gissimus quare non dabat aque illi effectum
curandi omnes / Item de ipso domino ihesu
queritur quare sic unum tantum curauit
cum eque facile omnes sicut unum curare
posset / Respondetur dicendum quod illa sanacio
corporalis magis erat in signum quam
in beneficium illius / Significabat enim
aie curacionem / quia ergo ad signandum et per
significandum ordinabatur / debuit eo mo
do fieri quo aptius significaret / et quia sanacio
in ecclesia non est nisi in unitate fidei / et
caritatis ideo unum tantum uiuus curabatur /
quod ergo obicitur non ualet quia non tantum erat
in beneficium sed eciam in signum / Sed tunc
dubium est quare sicut nunc est miseri
miseri ergo ubi maior miseria magis
debet inclinari unde non ergo debuit
sanari qui prior descendebat sed qui
magis indigebat / Respondeo dicendum quod sicut
dictum est signum erat curacionis anime
et quia anima curatur a deo secundum suam disposicionem
ad suscipiendam graciam / non secundum quantitatem
in culpa / ideo qui prius et sollicicius
descendebat / prius sanitatem obtinebat
Item queritur cum dominus paralitico dixit
quare suadebat confidenciam et aliis post

sanauit fidei confessione exposcat. Vnde est hoc quod ab isto nichil omnino querit. Vnde intelligimus quod dominus ihesus aliquos curauit non solum in corpore sed in anima totum hominem [illegible] quod quidam erant qui ex culpa [illegible] et quia hii debebant sanari in anima et [illegible] non sanabat nisi per fidem xpi a quibus dominus ihesus confessionem fidei requirebat. Alii erant qui ad gloriam dei manifestandam infirmi erant ut cecus natus et a quibus dominus confessionem fidei non requirebat ymo mera liberalitate eos sanabat et de talium numero [illegible] hic autem ihesus quod iste talis fuit ideo eius fidem non requisiuit sed quod hoc sonat contra glosam ideo dicendum quod solum requirit fidem ab hiis qui querunt salutem.

Erat autem sabbatum in illa die. Postquam descripta est miraculosa paralitici curatio hic 2o describitur curacionis calumpniatio et procedit [illegible]. Primo insinuat curati calumpniationem. 2o calumpnie [illegible] denotat ibi Respondit eis qui me sanum fecit. 3o curati manifestatio ibi Ihesus autem declinabat a turba. 4o manifestati persecucio ibi Abiit ille homo [illegible] in persecutione obstinacio ibi Ihesus autem respondit eis. Insinuatur ergo primo curati reprehensio ex hoc quod tulit grabatum in die sabbati in quo sanus factus fuerat [illegible] occasione calumpniandi dicit ewangelista Erat autem sabbatum in die illa [illegible] curatus fuerat et grabatum portabat et occasione huius iudei eum reprehendebant ideo subdit Dicebant ergo iudei illi qui sanus factus fuerat [illegible] Sabbatum est non licet tibi tollere grabatum tuum. Tollere grabatum [illegible] simile videbatur [illegible] prohibitum

erat sed in sabbato leuitici 23 [illegible] erat celebrior et strictior [illegible] quod opus simile faceret in eo. Respondit eis. Hic tangit [illegible] calumpnie in curatum [illegible] quod ille infirmus sanatus est se excusat per mandatum curatoris unde subdit Qui me sanum fecit per potestatem ille michi dixit Tolle grabatum tuum et ambula [illegible] qui tantam habebat potestatem [illegible] tanti mandato [illegible] unde dominus dicit ut sciatis quod filius hominis habet potestatem dimittendi peccata in terra tunc ait paralitico Surge tolle lectum tuum et vade in domum tuam et surrexit et abiit in domum suam. Si ergo peccata poterat dimittere ergo et in precepto de sabbato dispensare [illegible] iudei hoc non attendentes de ipso interrogant ut eum possint calumpniari unde dicit Interrogauerunt ergo eum quis est ille homo. Homo dicunt [illegible] non deum [illegible] qui dixit tibi tolle grabatum tuum et ambula [illegible] qui contra legem precepit non per virtutem sanauit. Mala [illegible] bona tacent [illegible] bona qui autem inuestigator malorum est ab eis [illegible] et quod male [illegible] ideo in [illegible] desistunt ideo dicit Is autem qui sanus fuerat effectus nesciebat quis esset [illegible] ideo dicit [illegible]. Ihesus autem declinauit a turba. Hic tangit 3m scilicet xpi [illegible] manifestacio [illegible] non in turba sed in ecclesia unde dicit Ihesus autem declinauit a turba constituta in loco ubi sanatus fuerat [illegible]

[illegible]

[illegible]

cum multi confluxerunt ibi. Ideo nesciebat eum ille sanatus, qui in turba recesserat. Unde sequitur: Postea invenit eum ille in templo, quia Ihesus iam a turba recesserat. Augustinus: In turba porro non cognovit Ihesum, sed post in templo, in quo docemur ut quicumque vult ad visionem dei volt venire fugiat turbam suorum affectuum et nequitiam hominum et accedat interiora templi. Unde in sermone Quare puelle precepit Ihesus citi turbam tumultuantem Marci quinto. Et quia dominum nostrum nos prevenit, non dicit quod ille invenit Ihesum, sed quod Ihesus invenit eum per cuius auxilium sibi dedit. Unde dicitur: Et dixit ei instruens eum ut bonus medicus: Ecce sanus factus es, reducit ei ad memoriam beneficium. Iam noli peccare, dissuadet peccatum, ne deterius aliquid tibi contingat, comminatur periculum. Sunt xi et sunt nonnulla homines illis peiora ponitur.

Abiit ille homo etc. Hic tangitur contentio scilicet Ihesu Christi manifestati persecutio. Cognovit enim iudei illo referente quod Christus eum sanasset. Unde dicit: Abiit ille homo et nunciavit iudeis qui sibi ab eo quesierant, quia Ihesus esset qui fecerat eum sanum. Tamen hoc non dixit detrahendo Ihesu Christo vel eum accusando, sed nomen Christi annunciando. Unde Glossa: Annunciat iste salutem iudeis ut perciperent, sed illi econtrario persequuntur. Unde subdit: Propterea persequebantur iudei Ihesum quia hoc faciebat in sabbato. Videbatur enim legem eorum velle destruere. Unde dicebat infra nono: Non est hic homo a deo qui sabbatum non custodit. Sicut econtrario observabant scribe et pharisei Ihesum si in sabbato curaret, ut accusarent illum. Ihesus autem respondit eis. Hic tangitur tertio scilicet iudeorum persecutione

obstinatio, que consecuta est ad dominum visionem, ostendens se non solvere sabbatum. Unde dicitur: Ihesus autem respondit eis scilicet iudeis persequentibus: Pater meus usque modo operatur scilicet in sabbato, et tamen non solvit sabbatum, et ego operor scilicet patri cooperando etiam in sabbato. Ergo sicut deus non solvit sabbatum nec ego solvo. Augustinus: Deus enim est filius hominis etiam sabbati. Et quia deus pater in eo sine reprehensione aliquid operatur. Et ideo ex hac visione iudei sunt in maiori obstinatione quam deberent pacificari. Propterea dicitur scilicet propter istam visionem, propterea ergo magis querebant eum iudei interficere, quia non poterant visionem quam dicebat querebant eum interficere. Infra octavo: Quid me queritis interficere hominem qui veritatem locutus sum vobis, quia non solum solvebat sabbatum secundum opinionem suam, sed et patrem suum dicebat deum suum singulariter equalem se faciens deo, quod ipsi reputabant blasphemiam. Infra 10: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, quia tu homo cum sis facis teipsum deum. Unde dicit faciens quod non erat, scilicet se deum faciens.

Hic queritur cum preceptum de sabbato sit preceptum de prima tabula in quibus sicut dicitur Ubi non potest dispensare deus, videtur quod deus malefecerit solvendo sabbatum. Si tu dicas quod in precepto est aliquid morale, aliquid cerimoniale, et secundum quod morale spectat ad primam tabulam etc. non solvit, sed quod cerimoniale non spectat ad decalogum et sic solvit. Contra est quod quod est in eo morale, quod cerimoniale. Item quod est contra preceptum tunc magis hoc fecit vim in sepeam observantia cerimoniale quam aliud mandatum decalogi, et videtur quod non deceret ei administrari sicut verba veritatis. Et non dubium quod sicut dominus

est mandatum de sabbato ad litteram morale
licet et aliquid cerimoniale et ideo in lege
non tamen ponitur inter moralia sed est inter
cerimonialia / et ergo quantum ad hoc quod sit in eo
morale et quid cerimoniale / dico quod
mandato illo precipitur hoc quod vacet deo
ut contemplationi alliciatur [fiat] quod per dilectionem et hoc
est morale / Vltimum est significatio diei
et ponitur hic quietacio ab omnibus operibus
servilibus / et ista duo sunt cerimonialia /
Item quantum ad hoc quod magis hoc preceptum
habet cerimonialia / dicendum quod
quia est preceptum dilectionis quod preceptum
tamen respicit tria persona in trinitate
et precipitur ibi dilectio ut ergo ordinatum
quod omnia cerimonialia sunt referenda
ad dilectionem dei et proximi et ad illum
finem coponenda ideo dilectionis man-
dato observancia cerimonialium coniungitur
alia non potest reddi quod in dilectionis
mandato mandata cetera coniunguntur
et implentur / Et in isto in vacando et
considerando legem divinam diligens
efficitur homo in legis observancia / quod
ergo in hoc mandato precipitur dilectio
et deo vacatio / omnium mandatorum obser-
vancia pendet ex hoc / et ideo hoc ne-
glecto et in oblivionem tradito cetera ne-
gligentur / Ideo ne oblivioni traderetur
signavit dominus diem ne etiam propter aliam ne-
gligentiam ab omnibus aliis cessare pre-
cepit et hoc est cerimoniale
Item quantum ad verbo duo mandatum
de sabbato solvit / quantum ad observanciam
cerimonialem quod non videtur quod non pro-
hibebatur nisi opus servile et dominus
nullum opus servile in eo faciebat
verum licet etc. Deus ostendit quod non
solvit sabbatum dicens cuius vestrum asinus
aut bos etc. ... quare solvit videtur

quod iudei dicunt propter hoc persequebantur et per-
sequebantur / Secundo dicendum quod observancia eius
que erat cerimonialis in sabbato tempore
erat scilicet spiritualis litteralis et consuetu-
dinalis / spiritualem non solvit nec sol-
vere potuit / sed adimplevit / litteralem
solvere potuit non tamen solvit quia nullum
opus servile in ea fecit / consuetudinalem
solvit et solvi precepit solvit quando
fecit lutum ex sputo / solvi precepit
quando fecit grabatum deferri / hoc enim non
erat contra observanciam litteralem sed con-
suetudinalem et super inductam
Sed quantum de hoc quod dicit evangelista
quod iudei persequebantur ihesum quia hoc fa-
ciebat in sabbato si dominus eque bene
hoc facere poterat in aliis diebus
sicut in sabbato videtur quod dominus ihesus sibi
ipsi persecutionem procuravit inde cur / Secundo
dicendum quod ideo hoc fuit doctrine veritas
quia eius observancie cerimoniales debe-
bant in christi adventu cessare ipse qui
magister fuit veritatis debuit hoc docere
et per suam vitam ostendere ut apud
nos veritas ewangelii remaneret / Secundo
non fuit divini iudicii severitas quia
sicut dicitur infra capitulo In iudicium ego
veni in mundum quod ergo ex hoc male
excitabantur ad procuranda vel morte
que fuit nostra salus / boni vero illumina-
bantur ad credendum eo eum qui legem
dederat et solvere poterat ideo etc.
Tertia non est communis utilitas quia tunc
pauperes et simplices conveniebant
ad synagogas quos debebat erudire
per ea mandata Item quantum de hoc quod dominus
ihesus respondit pater meus usque modo
operatur et ego operor contra genesis 2°
Requievit dominus ab omni opere quod
patrarat ergo videtur quod sit contrarium
Secundo dicendum quod est opus [illegible]

[illegible]

et hoc consistit in creatione eorum que pertinent ad complementum universi et includitur sub creatione distinctionis et ornatus. Et hoc perfectum fuit in 6 diebus ab hoc opere deus requievit. Aliud est opus conservando et quod res non permittit annihilari in speciebus quia nate sunt per naturam corrupti. Consistit hoc opus in transmutatione et propagatione et continuatione et hoc opere operatur deus et cooperatur natura cooperari et de hoc opere intelligitur hoc quod non cessat in sabbato. Sequitur etc.

¶ Respondit itaque Jesus et dixit et cetera. Ubi descripta est miraculosa curatio et eius calumpniatio hic incipit tertia pars capituli in qua declaratur calumpniationis confutatio. Confutat enim iudeos dominus Jesus ipsorum calumpniantes de operatione sanationis et hoc ostendendo sua in operando potentia omnipotentia. Et dividitur hec pars in 5 quia primo ostenditur eius potentia et declaratur in generali; 2o vero in speciali ibi Amen amen dico vobis quia verbum et cetera. Filii dei potentia hoc ordine declaratur et manifestatur: primo notatur potestatis origo; 2o potentie magnitudo ibi Quecumque enim fecerit ille; 3o magnitudinis declaratio ibi et maiora hiis; 4o declarande potentie ratio ibi Neque enim pater iudicat; 5o igitur notatur potentie filii origo. Dicit enim filius dei quod a se ipso non habet operandi potentiam sed a patre. Propterea dicit

Respondit itaque Jesus et dixit eis ipsis in verbis preceptis et calumpniatibus eius Amen amen dico vobis id est vere et certitudinaliter dico vos non potest filius a se quicquam facere sicut enim non habet esse a se sed a patre sic nec operari a se sed a patre. Infra 8o A me ipso facio nichil nisi

[illegible]

quod viderit patrem facientem id est hoc solum habet quod a patre potentie accepit ut possit. Infra 8o Ego quod vidi apud patrem meum loquor et ideo sicut est a patre est et nichil aliud est nisi quod a patre accepit ut posset. ¶ Quecumque enim fecerit ille et hic tangitur 2m scilicet potentie magnitudo in hoc quod quantumcumque filius accipiat posse a patre tamen tanta magnitudinis posse habet ut pater. Unde dicit quecumque. Ubi dixi quod filius facit que videt patrem facientem quecumque enim fecerit ille hec et filius similiter facit similiter id est uniformiter et concorditer similiter quia est equaliter potens. Unde Colossenses 1o Omnia per ipsum et in ipso creata sunt et dicitur Johannis primo sine ipso factum est nichil. Et ratio indivisionis in opere est indivisio in essentia et in volitione. Ideo dicit Pater enim diligit filium. Ubi dixi quod filius potest omnia facere que et pater, pater enim diligit filium immo summe diligit quia summe unum sunt. Infra 10o Ego et pater unum sumus et quod summe unum sunt communicat filio. Unde subdit et omnia demonstrat ei que ipse facit id est operationis potentiam ei communicat et huius communicationis ratio est unitas et dilectio. Supra 3o Pater diligit filium et omnia dedit in manu eius. Et maiora hiis et cetera.

¶ Et maiora hiis hic tangitur 3m scilicet magnitudinis potentie eius declaratio que fit per magnitudinem operum que dominus Jesus ostensurus erat iudeis per filium. Unde dicit Et maiora hiis scilicet quam que vobis ostensa sunt demonstrabit ei opera id est per eum demonstrabit nobis ut vos miremini per magnitudinem. Infra 10 multa bona opera ostendi vobis que cunt sunt ista opera ostendit quia

[illegible]

hic sunt no pa hic ad demonstrand quod filius paciatur ... inficiat quod pr si phs ... quod no conclude a ... agit / sed me ...

de suscitacio mortuorum unde dicit sicut enim
pr suscitat mortuos et vivificat per potenciam
omnipotente sic et filios quos vult vivi
ficat per potenciam ei eandem supra ii. hic
de lazari suscitacione in corpore et de susci
tacione in anima dicit ego sum resurreccio
et vita qui credit in me et si mortuus
fuit vivat. exemplum suscitacionis corporalis
vult habetur luc. A. ¶ Neque enim pr iudi
cat quemquam hic tangit secundum scilicet declara
di potencia non quam scilicet deus potenciam
suam declarat in filio et per filium ut osten
dat eum sibi equalem et equaliter honorandum
et ideo commisit filio iudicium propter quod dicit
neque enim pr iudicat quemquam. bene
dixi quod maiora hijs demonstrabit
opera ut vos miremini / quod et propter hoc in
dicium dedit sibi ideo dicit neque enim
pr iudicat quemquam scilicet in iudicio appa
rendo sed omne iudicium dedit filio. act.
10. ipse est qui constitutus est a deo
iudex vivorum et mortuorum et vos hijs
subditi filii honorificando unde dicit
ut omnes honorificent filium sicut honori
ficant prem pu. A. ¶ fili honora dominum
et valebis / preter eum ne timueris alienum /
¶ filius dei est honorandus et timendus
racione iudiciarie potestatis / quod potest corpus
et animam perdere in gehennam act. 10 / et
non quare pr vult filium honorari / quia
honor filii est honor patris / et econtrario
vir dicit / qui non honorificat filium / non
honorificat prem qui misit illum. Inf.
8. Ego honorifico prem meum / et vos
me inhonorastis / aug. ... maior cre
ditur filius pre / pr inhonoraretur
quod vel invidus nollet genuisse equale
vel infirmus non posset ¶ hic queritur de
hoc quod dicit filius non potest facere a se
quicquam / contra potencior est qui potest a se
quam qui ab alio / et ergo filius non potest

quicquam a se / sed tantum ab alio ut a pre ergo
potencior est pr filio / hoc est falsum / ergo
primum / et ... propter hoc dicitur quod maioritas
potencie habendi ... a se dicit solum
modum habendi non virtute et ita non sequitur
quod pr sit potencior filio / ¶ Tunc adhuc
obicitur quod nobiliori modo habetur quod
habetur a se / quam quod ab alio / ergo si pater
hic potenciam a se / nobiliori modo hic quam ea
filius / qui hic ab alio / quod a pre ¶ ad hoc
videtur quod habere ab alio est duobus mo
dis / vel per participacionem / vel per emana
cionem / per participacionem minus nobilis mo
dus est / modus enim participacionis
modo habendi per essenciam non equatur
per emanacionem hic dicitur quod ille qui
emanavit / ita hic per essenciam sicut
ille qui dat / et hoc ullatenus non potest
ignobilitatis sed omnimodam equalitatem. hic
enim a pre ita nobiliter est in filio sicut
generare in pre ¶ Item queritur de hoc
quod dicit quod filius non potest nisi quod videt
prem facientem / et iterum quod pr demons
trat filio que ipse facit ergo si per naturam
suam est aliquid quod in deitate ... pris
operatur pr quod filius et post filius ad
eius operacionem tamquam ad exemplar
¶ Item si pr nichil non potest sine filio ope
rari quo ergo dicit quod filius operatur sicut
videt prem operantem / ... dicendum
quod idem dicit tu dicis pr demonstrat filio
et filius videt prem operantem / solum
dicta est quo ad nos / Intelligendum
est autem / quod ista verba translata sunt a crea
turis ad deum duplicem autem impor
tant verba demonstrandi / filii et videndi ipse
una scilicet est emanacio cognicionis / quod
video te sic operantem relinquitur in
me cognicio operandi / alia est exem
plaritas anteccessionis / sicut operacio
tua et demonstracio precedit meam

[illegible marginal glosses]

cognicom tamq exemplar / dicat g q
rone pme gdicionis differtur ad di
vina sz rone emanacionis sone an
cessionis nos / Unde prem demrare
no est / q pr pns ygstat q filius
s q pr dat filio / Sil filius vide pa
trem opantem no est q pr p9 opet
s q filius hit a pre / Item quitur
de hoc q dicit qmcumqz pr facit
hec et filius sil facit / cont pr gnat
filium / g filius gnat filium / s pp hoc di
cas / q gnare no dicit opacom s re
lacom / Obicit q mitte filium dc opa
g si quacumqz opacom facit pr / hac
facit et filius / Si pr pmittit filium g
et filius mittit filium / Item cu tinitas
oio sit in sba / et opacoe indivisa mai
festacio et appico fiant p opacom / vide
q ullo modo possit appare ul mai
festari tinitas determinate in aliqua
suaz ypostasim / ad hoc intelligendu est
notand / q queda vba dicta de deo / di
cunt pure relacom / sicut gnare / q
dam pura accom / sicut creare / q da
accom et relacom / sicut mitte / q dam
accom et sgficacom / sicut appare / Di
co igit / q cu dicit qmcumqz pr facit
intelligit gsu ad opacom / q cois est
et essencialis / Si igit refeat vbu
sigus int accom illacio bona est
Si no int relacom oio sophistica e
p figura dictois / Si aut vbum
sigus accom et relacom / et si rone re
lacionis teneat illacio fallet / rone re
lacionis includse sicut sic mitte et
incarnari / Silr est de vbo et ptate
impetante accom et sgnificacom fal
leret rone sgficacois / sicut dicit
Aug9 et si omnis acco sit a tribus
psis tu alia spalir sgnificat prez
alia filium alia spm scm / exm est de

hoc nomine intelligencia q pst in
opacone trium psonaz / sz in dive
intelligen et voluntat et tn altera
illaz sigt / sic et est in pposito / Ite
quitur de hoc q dicit q pr oia
demrat filio q filium diligit demost
re filio / hoc est filium gnare ut dicit
Aug9 / dut g diligere sumit l nocio
nalit / aut eealit / Si notionalit
fla est / q quis spiracio no est racio
emanandi p gnacom / q gnaco fili
rom intelligeda est poz / Si eealit
adhuc fla est / q eencia no e ro
emanacionis / nec relacois / tunc em fi
lius gnaret / Ad dm q cu dicitur
pr oia demrat filio / et dico q oia
dico g q ro demrandi oia e dilcio
no q demrat / s q oia / dilcio cu
accipit eealit / et dicit unitate suma
pris ad filium / et q est suma unitas
in eencia / io omnoda idemptio i opa
et ideo ncce est / q in omnib filius pri
coparet / Ideo bn dicit oia demrat
q sumit diligit / Sequitur
Amen amen dico vobis / q cum et
hucusqz declarant dns ihus suam potem
in qualit incipit eam declare
in spali descendens ad potenciam
vivificandi et ad potem iudicandi / et
fm hoc hec ps ht duas ptes in
quaz pma declat sua potem in
vivificando / in sca sua potenciam in
iudicando ibi Et ptatem dedit ei
et ptas vivificandi respicit benig
nite / ps iudicandi severitate iusticie /
potenciam igit vivificandi hoc ordie
describit / pmo n ostendit quos vivi
ficat / 2o quid vivificat ibi Amen amen
dico vobis / q venit hora / 3o q vite
vivificat ibi Sicut em pr et fim

[illegible]

(nostros) respiciat obiectum. 2m actum. 3m virtutem. In hijs enim consistit potencie perfecta cognicio scilicet in virtute opere et obiecto. Primo ergo determinat quos vivificat vita scilicet eos qui non omnes sed credentes, unde sequitur qui verbum dei audit et audito credit. Ideo dicit amen amen dico vobis quia qui verbum ~~dei audit~~ meum audit, scilicet ad fidem disponendo, quia Ro. 10 fides est ex auditu, et credit ei qui misit me, auditus operacio. Infra 12 qui credit in me non credit in me sed in eum qui misit me. Habet vitam eternam, non penam unde subdit in iudicium non venit set de morte transiit de morte ad vitam, i. de presenti vita que mors est, transiit ad vitam eternam sine iudicio condempnacionis, presupposito tamen quod credit in eum non iudicatur. Vita presens mors dicitur quia sicut dicit Ro. 8 corpus mortuum est propter peccatum. Ab hac morte transeunt iusti ad vitam quibus spiritualis mori transire est. Amen amen dico vobis quia venit hora etc. Hic tangitur 2m scilicet quos vivificat quia per internam inspiracionem, quia qui audit vivificatur. Unde dicit amen amen dico vobis quia venit hora scilicet gracie et nunc est de qua Ro. 13 hora est iam nos de sompno surgere, scilicet peccati et mortis qui mortui sunt per culpam audient vocem filii dei per internam inspiracionem. Ephe. 5 Surge qui dormis et exsurge a mortuis et illuminabit te Christus. Et qui audierint vivent scilicet per graciam quia sermo eius vivificat audientes. Infra 10 Oves mee vocem meam audiunt et ego cognosco eas et sequuntur me, et ego vitam eternam do.

eis. Sicut enim pater etc. Hic tangitur 3m scilicet qua virtute vivificat quo virtute propria scilicet divinitate sibi a patre datam per generacionem unde dicit Sicut enim pater etc. Vel dixi quod filius vivificat. Sicut enim pater habet vitam in semetipso i. per essenciam sic dedit et filio habere vitam in semetipso per essenciam non per participacionem, scilicet quod ipse est vita per essenciam omnibus influit vitam ut dicit Dionisius. Ideo filius potens est seipso dare vitam unde infra 11 Ego sum resurrectio et vita qui credit in me etsi mortuus fuerit vivet. Item infra 14 Ego sum via veritas et vita non sum vivens vita aliena, non sum vita aliis dando vitam. Et potestatem dedit ei. Postquam declaravit potenciam suam in vivificando, hic declarat potenciam suam in iudicando et hoc facit hoc ordine. Primo enim tangit qua virtute iudicat, 2o quos iudicat ibi nolite mirari, 3o quomodo iudicat ibi Non possum ego a meipso. Primo ergo determinat qua virtute iudicat, qua potestate sibi a patre collata secundum humanitatem unde dicit Et potestatem dedit ei scilicet pater filio iudicium facere quia filius hominis est ideo in humanitate ut possit eum videre reprobi in iudicio quia deum videre non possunt. Apoc. 1o videbit eum omnis ~~[illegible]~~ oculus et qui eum pupungerunt, ideo in humanitate iudicaturus est. Iob 36 Causa tua quasi impii iudicata est causam autem tuam iudiciumque recipies. Nolite mirari etc. Hic tangitur 2m scilicet quos iudicat, quia licet homines acceperat sustinere, non tamen omnes iudicabit sed malos unde dicit nolite mirari scilicet quod deum est quod potestatem dedit filio iudicium facere quia filius

[illegible]

homo est qui venit hora .i. finis seculi.
Iob 14 homo cum dormierit non resur-
get donec atteratur celum in qua hora
omnes qui in monumentis sunt audient
vocem filii dei sed quia mortem audient
contra qui resurget ad eius vocem patet
Thessalon. 4 Ipse dominus in iussu et in
voce archangeli et in tuba dei descen-
dit de celo et mortui qui in christo sunt
resurgent primi deinde nos qui vivimus
qui relinquimur simul rapiemur cum illis in
nubibus obviam christo in aera non tamen
omnes iudicabuntur ideo dicitur Et procedent
qui bona egerunt in resurrectionem vi-
te, qui vero mala fecerunt. Finaliter 2um
forma a me statuta procedent quidem
de monumentis cum corporibus suis in
resurrectionem vite quia ipsi a morte que
detinebatur merito primi parentis vitam quam
in adam amiserat in filio dei recupe-
rat. Qui vero mala egerunt in resur-
rectionem iudicii .i. dampnacionis. Hos scilicet
dominus iudicabit. 2 Machab. 7 potius
est ab hominibus morti datos spem
expectare a deo iterum resuscitandos
tibi enim resurrectio ad vitam non erit
dicitur antiocho sed ad iudicium. Prima
cor. 5. Eos qui foris sunt deus iudi-
cabit qui foris sunt per mala vita. Dan.
12o Multi de hiis qui dormiunt in
pulvere terre evigilabunt alii in vitam
eternam alii in obprobrium ¶
Non possum ego a meipso quicquam
Hic tangit 3um scilicet quod iudicat quia
iuste non secundum suam voluntatem a volun-
tate declinando sicut hi qui perverte-
runt iudicium. Unde dicit Non possum
ego a meipso quicquam facere et ita
non iudicare sed sicut audio iudico
.i. sicut a patre accipio et per generacionem
accepi et ex hoc sequitur quod iuste
iudicavit ideo dicitur Et iudicium
meum iustum est quia hic declaravit a ...

filius enim 2um quod deus est eandem ... cum patre ... non potest
in iudicio ... ut ... per voluntatem
humanam ... voluntatem divinam
et hoc est quod dicit non possum facere ...

[illegible] ... ad iudicandum ... quod ... iudicium ... in quo
apparet iudicium ... et ... iustus ... quod ... ...
... ...
... ...
iustitie per discordiam voluntatis potest
et hoc est quia non quero voluntatem
meam scilicet in iudicando sed voluntatem eius
qui misit me patris .i. dei patris qui iustus
est et verax et iusta eorum sermo
placita sunt ei facio semper et ideo iuste Deut.
32 Deus fidelis et absque ulla iniquita-
te etc. Ps. Iustus dominus in omnibus viis
suis et sanctus in omnibus operibus suis ¶ Hic
consequitur 4o scilicet qua racione data sit filio
potestas iudicandi et secundum quod humanam
videtur per literam que dicit et potestatem
dedit filio iudicium facere quia filius ho-
minis est ergo etc. ¶ Item Aug. dedit
potestatem ei in carne veniendo. Glo. etc.
Contra Deut. 32 Mea est ultio dicit
dominus ergo solius dei est vindicta. Glo. cum
iudicium sit vindicta ergo iudicium est filii
secundum divinam naturam hoc est et ostenditur per
literam quia pater omne iudicium dedit filio
ut omnes honorificent filium sicut hono-
rificant patrem qui misit illum sed filius
non est honorandus sicut pater secundum humanam
naturam sed solum secundum divinam ergo etc. Respondeo
dicendo quod potestas iudicandi est duplex
scilicet auctoritatis et ministerii prima est totius
trinitatis ministerii vero est filii sedentis
et apparentis in iudicio et hoc secundum huma-
naturam et de hac hic loquitur. Cum ergo
obicitur michi vindicta etc. non convenit
filio incarnato secundum hominem primum. Ex
obiecto de honorificencia Dicendum quod persona fi-
lii per humiliacionem incarnacionis videbatur
descendisse ideo pater voluit quod in eadem
humanitate in qua apparebat humilis iudi-
caret ut nemo ipsum incarnatum con-
tempneret sed sicut patrem suum tanquam ...
eius sedentem nobilius preveniat. Unde
iudicium per humanitatem facit teneri per
divinitatem ¶ Item inquit Aug. solus
filius sit iudicare quod sit videtur per literam
pater omne iudicium dedit filio et ita ...

Ipse est qui constitutus est a deo iudex
vivorum et mortuorum / prima cor. 4. Qui autem
iudicat me dominus est. Ergo ipse solus est
deus cuius solius est iudicare
Contra prima cor. 11. Si nosmetipsos
diiudicaremus non utique iudicaremur
ergo nostrum est iudicare nos. Item quod apostoli
ad alios videtur Mt. 19 dicit ihesus
discipulis / sedebitis et vos super sedes
duodecim iudicantes 12 tribus israel
Item prima cor. 6 an nescitis quod sancti
de hoc mundo iudicabunt et infra
eodem nescitis quoniam angelos iudica
bimus ergo etc. / Ad hoc dicendum quod in iudi
cio est examinatio / est approbatio / est
et sive latio sive diffinitio / primus
actus scilicet examinationis ad omnes pertinet
et tenere debemus dicit apostolus quod debet se
probare id est examinare / secundus actus scilicet ap-
probationis et reprobationis ad perfectos per-
tinet quia ipsi approbabunt et reprobabunt
et eorum comparatione mali approbabuntur
et reprobabuntur sed hoc non in presenti sed in
futuro unde apostolus dicit tale iudicium
in presenti tempore esse ante tempus. prima cor. 4.
Nolite ante tempus iudicare / 3us actus
scilicet diffinitionis est solius filii quia
ipse sententiam promulgabit / hoc actu non
utitur aliquis nisi usurpative et teme
rarie unde dominus prohibet Mt. 7. Nolite
iudicare ut non iudicemini / et
apostolus Ro. 14. Tu quis es qui iudi
cas alienum servum / Dico igitur quod quando
dixit quod pater omne iudicium dedit fi
lio intelligitur de iudicio diffinitionis
q° non examinationis vel approbationis. ¶ Se
quitur de iudicatis qui scilicet iudicabuntur
et videtur ex littera quod mali tantum quia qui
verbum meum audit et credit ei qui
misit me habet vitam eternam et in

iudicium non venit sed transit a morte
in vitam et supra 3° Qui autem credit in eum
non iudicatur ergo mali non credentes
in eum tamen iudicantur / Contra 2a cor. 5.
Omnes nos manifestari oportet ante
tribunal christi ergo etc. / Ad quod iudicium
diffinitionis / accipitur communiter et sic com
prehendit sententiam salutis et pene et sic
accipitur hic pro dampnatione cum
dicitur procedent qui mala egerunt
in resurrectionem iudicii dampnationis
Vide supra 3°. ¶ Item queritur de modo
iudicandi / dicit quod iudicat sicut
audit / Contra Ier. 11 neque secundum audi
tum aurium arguet ergo etc. Item
dicit quod non querit suam voluntatem
in iudicio sed patris hoc est dei quia
voluntas sua discordat a voluntate
dei / Ad quod dicendum ad primum quod non iu
dicat secundum auditum corporalem et re-
lationis sed secundum rationem et prudentie illa
tionis / Ad 2m dicendum quod hoc habet duas
causas videlicet non quero voluntatem
meam singularem / aut quia hic et cetera
non querit et in hoc secundum sensum loquitur
et ipse obviat in primo sensu ¶
Si ego testimonium perhibeo — lectio
Hic est 10a pars huius capituli in qua
detestatur predicte confutationis cor...
ratio / que facta est multiplici testimonio
hoc approbante / quod supra dominus dixit
et habet hec pars duas partes / quia primo
adducit testimonium creditorum / 2° vero iudeos
non credentium reprehendit / et ibi / Et
non vultis venire ad me / prima habet
duas / quia primo dominus ihesus et si posset
suum testimonium adducere tamen hoc renu
it / 2° testimonium aliorum adducit
ibi Vos misistis ad iohannem. Venit
ergo testimonium suum quia ipsi non credunt

in eu tangit iudei unde dicit Si ego testimonium perhibeo de me ipso testimonium meum non est verum i. non est efficax apud vos ad credendum maxime si ego solus testimonium perhiberem. Unde infra 8o. dixerunt q. perhiberi tu de te testimonium perhibes testimonium tuum non est verum. Sed non desunt michi testimonia vera. Unde subdit alius est qui testimonium perhibet de me scilicet pater vel etiam Johannes. Et de utroque vere intelligitur quod sequitur. Scio quia verum est testimonium eius quod perhibet de me. Quia tamquam certus testificatur. Pater enim michi dat testimonium quia sicut dicitur infra 8. verax est qui misit me. Similiter Johannes certus est verum supra primo dixit Johannes. Ego vidi et testimonium perhibui quia hic est filius dei. Proverbiorum 12. Qui quod novit loquitur iudex est iusticie. Qui autem mentitur testis est fraudulentus. Vos misistis ad Johannem. Hic 2o adducit testimonium alienum. Ut quia in ore duorum testium stet omne verbum vel est firmum testimonium. Ideo ipse ista capitulo tres partes facit. Secundum testimonia que adducit. Primum est Johannis. Secundum est operis. 3m est dei patris seu divinum. 4m est scripturarum. Et distinguuntur hec testimonia sic. Quia primum est prenunciativum. 2m exhibitivum. 3m inspirativum. 4m scriptum. Primo ergo adducit testimonium Johannis quod eis fuit perhibitum ad suam petitionem. Ideo dicit Vos misistis ad Johannem. Ille se non ingessit sed ad vestram petitionem venit supra primo et hoc est testimonium Johannis quem miserunt iudei ad eum. Et testimonium perhibuit veritati. Tamquam testis fidelis Proverbiorum 14. testis fidelis non mentietur. Et ne videretur dominus testimonium humanum mendicare subdit Ego autem non ab homine testimonium accipio. Pro mea indigentia. Ipse dixit dominus de me

et tu qui bonorum meorum non eges. Sed recolo propter salutem vestram. Unde et dicit Sed hec dico ut vos salvi sitis. Scilicet per testimonium eius credendo in me. Quia sicut dicitur Actuum xix. eum credide(ru)nt et baptisati fuerunt etc. Et vellet ad Johannis testimonium credere debuissent. Unde et subdit Ille erat lucerna ardens et lucens. Ardens per graciam et lucens per doctrinam. Vel ardens per internam caritatem et lucens per exteriorem vite honestatem. Unde ardere sine luce vanum. Sed luce et ardere perfectum. Ideo apte Johannes significatus fuit per Eliam Ecclesiastici 48. Surrexit Helias quasi ignis et verbum eius quasi facula ardebat. Sic igitur sicut perfecte lucenti fides adhibenda erat. Quod iudei non fecerunt. Unde dicit Vos autem voluistis exultare ad horam in luce eius. Ut scilicet eius doctrine et testimonio crederetis et mea inimicarentur quadmodum videtis Matthei xi. Venit Johannes neque manducans neque bibens et dicunt demonium habet. Matthei 21. Venit ad vos Johannes in via iusticie et non credidistis ei. Publicani autem et meretrices crediderunt ei. Ego autem habeo testimonium maius Johanne etc. Hic adducit secundum testimonium scilicet operum quod pro certo maius est. Unde dicit Ego autem habeo testimonium maius Johanne. Quia magis est motivum ad credendum in me. Opera enim que dedit michi pater quia habeo accepi etc. et operum ut perficiam ea i. perfecte faciam quia dei perfecta sunt opera Deuteronomii 32. Ipsa opera que ego facio per virtutem propriam testimonium perhibent de me quia pater misit me sicut deus filium suum quia ei talia opera quinta virtutis infra x. Pater in me manens ipse facit opera. Et iterum si michi non creditis operibus credite. Et qui misit me pater etc. Hic tangit 3m testimonium scilicet

scilicet diuinum quod est primum. Propter quod ait: Et qui misit me pater, per incarnationem, ipse testimonium perhibuit de me, per internam inspirationem, quod patet dicitur infra 6: Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me traxerit illum. Unde voce intellectuali revelat illud et testificatur, quem iudei carnales nec poterant audire, nec ipsum visibiliter videre. Unde ipse dicit: Neque vocem eius umquam audistis per mentis revelationem, sicut Petrus audiuit Matthei 16: Beatus es Symon Bar Iona quia caro et sanguis non revelauit tibi, sed pater meus qui est in celis. Neque speciem eius vidistis per apertam visionem. Exodi 33: Non videbit me homo et viuet. Et supra 1: Deum nemo vidit umquam. Et verbum eius non habetis in vobis manens, scilicet per fidem. Unde et rationem subdit: Quia quem misit ille, huic non creditis. Et ille quem misit verbum est, et in cordibus manet per fidem. Ad Ephesios 3: Ut det vobis habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Scrutamini scripturas. Hic tangitur quartum testimonium scilicet scripture, ad quod monet nos dominus et excitat ad diligentiam videlicet: Scrutamini scripturas, id est interiorem intellectum perspicite, quia dicit apostolus 2 Cor 3: Littera occidit, spiritus viuificat. Et [illegible] que dicit perscrutari subdit: in quibus putatis vos vitam eternam habere, id est per quas putatis cognoscere et sic habere, quia per illas putatis deum cognoscere quod est vita eterna. Sapientie 15: Nosse te consummata est iustitia. Unde et subdit: Et ille sunt que testimonium perhibent de me, omnes scilicet scripture veteris testamenti. Luce ultimo: Necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege Moysi et prophetis et psalmis de me. Hic queritur de quo

hoc quod dicitur: Ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum non est verum. Contra Numeri 23: Non est deus quasi homo ut mentiatur. Cum igitur ipse est deus quare [illegible]. Item infra 8: Si ego testimonium perhibeo de me ipso testimonium meum verum est, et hic dicitur quod non est verum. Ad hoc videtur [illegible] explicit [illegible] et faciendo verum in se. Si ego secundum humanam naturam testimonium perhibeo, scilicet testimonium meum non est verum; est tamen verum secundum diuinam, sed illud non sufficit, quia sicut nec secundum diuinam mentitur ita nec secundum humanam. Propter hoc aliter dicitur ut fiat vis in attributo: testimonium meum non est verum, id est non est efficax vel acceptabile tibi; verum tamen est quod verum dico et sic accipitur ita ut dicatur verum secundum rem, sed non verum secundum iudeorum acceptionem. Aliter ad hoc videtur quod verbum istud intelligendum est precise: si ego testimonium perhibeo de me ipso, ipse ego solus, non est efficax, sed si ego cum alio efficax est. Unde dicitur infra: Quia non fuit plus [illegible] se suo testimonio commendasset, sua credens virtutem adhuc roborandam adducit aliena testimonia. Hic queritur de testimonio operum: Opera inquit que ego facio testimonium perhibent de me. Sed eadem opera fecerunt prophete, et miracula eadem apostoli ipsum secuti et maiora. Cum igitur per opera poterant cognoscere quod esset Christus, eodem modo de quolibet uno eorum, quia miracula bonorum et malorum discerni possunt sicut dicit Augustinus. Cognoscere igitur poterant quod miracula Christi operarentur bonum verum et sanctum; sed Christus dicebat se esse deum, sed nullus bonus homo manens bonus potest se deum facere [illegible]. Cum igitur ipsum cognoscere poterant sanctum per opera et per verba quod esset Christus, opera fiunt sufficiens testimonium quod Christus dicit verum et per hoc

quod esset proprie filii. De aliis bonis quod ipsi dixerunt verum sed ipsi non dicebant de se sed de Christo ut apostolus Ad Hebreos dicitur quod opera non sunt testimonium cogens sed inducens et filii testimonium Johannis et scripture sed testimonium patris per revelacionem est compellens

Idem continuat de testio patris dicens quod neque vocem eius unquam audistis neque speciem eius vidistis. Dicit Judeis nonne multi adherent quod dicitur 3° vox de celo audita est Tu es filius meus dilectus in te complacuit michi. Item Deut. 4 facie ad faciem locutus est nobis in monte de medio ignis. Item Exo. 20 vos vidistis quod de celo locutus sum vobis. Ergo etc. Uno modo dicendum quod duplex loquitur et duplex apparet uno modo interius et per se et sic loquitur per internam mentis revelacionem modo quodam corporali sed tamen quodammodo intellectuali et sic non localis. Alio modo per subjectam creaturam et sic locutus est in lege data et hoc 2° modo videntur eum in subjecta creatura et audierunt sensibiliter sed primo modo non et de hoc loquitur hic. Unde Augustinus dicit super hoc pater testimonium perhibuit de me qui me exterius oculis hominum visibiliter exhibuit interius corda hominum ad me cognoscendum attendit. Item continuat de sufficiencia et ordine istorum ipsorum testiorum et videndum quod primum testimonium Johannis scilicet fuit inducens per modum opinionis per mores 3^m scilicet patris complens et scripture in veritate stabiliens et ex hiis resultat unum testimonium completum et perfectum et gradatim ordinatum secundum dictas condiciones.

Et non vultis venire ad me etc. Ponitur testium tercio. Hic ponitur incredulorum non credencium reprehensio. Reprehendit autem dominus Judeos quantum modis primo a defectu amoris divini 2° a credulitate erroris falsi 3° ab appetitu honoris vani 4° a defectu fidei. Primo igitur reprehendit eos a defectu amoris divini, signum est quod ipsi adeo non veniunt quem deus misit. Unde dicit et non vultis venire ad me ut vitam habeatis. Ita sufficiencia testimonia habeo et tamen ad me venire non vultis ymmo advenientes me fugitis. Infra 8° quare loquelam meam non cognoscitis quia non potestis audire sermonem meum nec ipsos arguit quod non veniunt propter gloriam suam. Unde dicit Claritatem ab hominibus non accipio glossa Judei .i. humanam laudem non quero nec honorem quem vult dare spiritualem sed a patre. Infra 17 pater clarifica nomen tuum .i. filium tuum. Vos non arguo propter amorem glorie mee sed propter defectum dileccionis divine. Unde dicit Sed cognovi vos quia dilectionem dei non habetis in vobis, ymmo magis odium. Infra 15 nunc autem et viderunt et oderunt et me et patrem meum. Et ideo estis digni reprehensione quia carent veste nupciali. Mt. 22 amice quomodo huc intrasti

Ego veni in nomine patris mei etc. Hic tangit secundum scilicet cecitas erroris falsi quia non receperunt humilem sed recipient superbum. Unde dicit Ego veni in nomine patris mei ymmo scilicet gloriam querens non meam. Infra 8° Ego gloriam meam non quero et non accepistis me scilicet humilem super paupere in pauperem venientem et sic eum non receperunt sed si alius venerit in nomine suo ut antichristus qui querit gloriam suam propriam. 2 Thess. 2 nisi venerit discessio primum et revelatus fuerit homo peccati filius perdicionis qui adversatur et extollitur super omne quod dicitur deus aut quod colitur ita ut in templo dei sedeat ostendens se tamquam ipse sit deus illum accipietis mysterio di

[illegible]

quod ... non potuit ... Christus ... gloriam et laudes appetere ... alios efferri ... reputabat in gloriam
... Christus credere quia ... videbat et ... eius non potuit ... ille ... credere ... qui ...
... gloriam querit et ei placere appetit. Et io. infra xij: Multi ex principibus crediderunt ... et
... [illegible] ... Dilexerunt gloriam hominum magis quam gloriam dei
... magnanimus ... omnis ... gloria ... hominum ... gloria ... aufert
... gloria dicitur magnum vicium est ...

sit indicio excecati. 2ᵃ Thess. 2ᵒ mittet
deus illis operacionem erroris ut credant men-
dacio, et hoc huius est quod noluerunt credere
veritati. Quomodo potestis vos etc. Hic 3ᵒ
reprehendit ab appetitu honoris vani,
vane ang[?] causat inhabiles ad credendum
in veritatem quia querebat vanitatem. Apostolus
quia dicit: Quomodo potestis vos credere?
veritati qui gloriam ab invicem recipitis
adherendo vanitati; gloria enim mundi-
na vana est. Ysa. 40: omnis caro fenum
et omnis gloria eius quasi flos agri; et ex
appetitu vanitatis redditur homo inhabilis
ad fidem veritatis. Ps.: filii hominum usque-
quo gravi corde etc. Et gloriam
[illegible]: et gloriam que a solo deo est non
queritis: gloriam scilicet veram, que a solo deo
est. Ps.: gratiam et gloriam dabit dominus.
Propterea dicitur 2ᵃ Cor. 10: qui gloriatur in
domino glorietur; non enim qui se ipsum com-
mendat ille probatus est, sed quem
deus commendat. Nolite putare quia
hic tangitur 4ᵐ, scilicet defectus fidei in iudeis
non tantum ad credendum Christo Ihesu verum eciam
Moysi; propter quod non tantum accusabuntur a Christo
sed a Moyse. Propterea dicit: Nolite putare
quia ego accusaturus sim vos apud patrem
meum, quia non venit accusare sed salvare,
unde ipse propiciacio est pro peccatis nostris;
necesse tamen caret accusatore, ideo dicit:
est qui accusat vos Moyses in quo
vos speratis, tamquam eius discipuli, iuxta
9: nos Moysi discipuli sumus, nos scimus
quia Moysi locutus est deus; iste vos
accusat, quia ei non creditis. Unde dicit:
Si enim crederetis Moysi crederetis for-
sitan et michi. Forsitan non est liberum.
Glossa: Forsitan hic est [illegible]
non dubitacio dei, et vere et michi

de me enim ille scripsit. Deut. 18: prophetam
de gente tua et de fratribus tuis sic-
ut me suscitabit tibi dominus deus tuus;
ipsum audies sicut et me; et ille vos
accusabit quia ei non creditis. Unde
dicit: Si autem illius litteris non creditis,
quomodo verbis meis credetis? quasi diceret
nullo modo. Luc. 16: Si Moysen et
prophetas non audiunt, neque si quis ex
mortuis resurrexerit credent ei.
Sic quidem de hoc quod dicit: claritatem
ab hominibus non accipio, quod infra ult.
dicitur significans de Petro qua morte
clarificaturus esset deum. Homines enim cla-
rificant deum, ergo etc. Item Philipp. 1ᵒ:
magnificabitur Christus Ihesus in corpore meo
sive per vitam sive per mortem. Respondeo dicendum
quod duplex dicitur clarificacio: in homine et per
hominem, et ab homine. Clarificari in homine
est suam claritatem homini revelari; cla-
rificari per hominem est per illum aliis [illegible].
Clarificari ab homine est gloriam aliquam
ab homine sibi dari et augeri. Primis
duobus modis est verum, sed 3ᵒ modo est falsum.
Item quidem de hoc quod dicit: Nolite
putare quia ego accusaturus sim vos apud
patrem meum; econtra Christus est iustus
et non potest non esse iustus; ergo sicut
eius est laudare bonos ita eciam
accusare malos. Item Jerem. 29:
Ego sum iudex et testis, dicit dominus; ergo
sicut eius testis est, eius est accusare
malos. Respondeo dicendum quod Christus Ihesus
quantum in se est morte sua se obtulit
et quod pro omnibus; ideo magis est de se
neminem accusare. Unde glossa dicit: Sanguis
vero Christi Ihesu neminem accusat
sed clamat veniam; sanguis Abel
vindictam; doctrina legis Moysi [illegible]

... Nolite putare ... accusaturus sim vos apud patrem ... Moyses ...
accusabit vos ... quia non creditis ei ...
... est qui accusat Moyses ...

vindicta / unde intelligendum est quod ipse ex se non accusat / sed ex causa mea vel dicendum est quod non primo et principaliter accusat / sed magis principaliter moyses / cum non credunt precedentes xpm / Item de auctoritate dicitur Si illius litteris non creditis quomodo verbis meis credetis / hic videtur locus a minori esse negando vnde et sic sit minus firmus non tamen iudeis minus sed maius

Post hec abiit ihesus trans mare galilee / In precedenti capitulo ostendit se dominus ihesus creatorem / In hac parte ostendit se consummatorem / et quia ipse est consummator corporum et spirituum / et per visibilia peruenitur ad invisibilia / ideo primo ostendit se consummatorem corporum / secundo spirituum ibi / altera die turba etc. / Consummatorem igitur corporum se ostendit mirabiliter reficiendo corporaliter / quam mirabilem refectionem describit / quantum ad tria / primo quantum ad antecedentia / secundo quantum ad concomitantia / tertio quantum ad consequentia / secundum ibi dicit ergo ihesus / tertium ibi illi autem homines / Antecedentia autem que fuerunt causa vel occasio faciendi miraculum sunt quatuor / primum supueniens multitudo / secundum loci et temporis aptitudo / tertium defectus precii ad ciborum emptionem / quartum insufficiencia cibi ad multitudinis refectionem / prima igitur occasio faciendi miraculum fuit superueniens multitudo que secuta est xpm causa presencia sua ad videnda eius miracula / propter quod dicit post hec abiit ihesus aliter continuatur secundum ordinem temporis sic quia primum signum est factum in penthecostes / id autem circa pascha sequens / vnde dicit post hec abiit etc. aliter sic

quia per superiora verba ihesus xpc dignitatis sue et honestatis verba archana / minatur / mirantur / ideo euangelista post hec aut de isto miraculo in quo quia deus esset ostendit non verbo sed facto adhuc aliter continuatur sic sicut erant iudei de verbis ihesu scandalizati nunc mitigat eorum furorem per recessionem suam / vnde dicitur post hec scilicet que facta sunt abiit ihesus trans mare galilee quod est tyberiadis stagnum erat dulcis aque quod venit a iordane / secundum ebraico ydiomate dicitur mare quia omnes congregationes aquarum appellant maria / dicitur ante mare galilee a regione adiacenti / dicitur tyberiadis a ciuitate que super stagnum sita est / dicitur genezareth a natura loci quia ex se vndis crispantibus generat auras / dicitur stagnum quia aqua stat / et sequebatur eum multitudo magna et non semper sed quia videbant signa que faciebat super hiis qui infirmabantur / propter hec signa videnda sequebantur xpm quia dicitur propter hec corporali quo iudei signa querunt et cum videt signa magnificat deum luce .5. repleti sunt timore dicentes quia vidimus mirabilia hodie propter hec signa attendunt iudei et confirmatur ecclesiastici .18. state et videte magnalia dei que facturus est hodie / Abiit ergo in montem / hic nota secunda occasio scilicet loci et temporis aptitudo / locus aptus erat ad miraculum quia desertus erat in quo erat refectionis defectus / ideo dicit abiit in montem ihesus et ibi sedebat cum discipulis suis / locum quem Johannes vocat montem propter altitudinem / vocat matheus desertum propter solitudinem / matthei .14. secessit inde in nauicula in locum desertum seorsum / et iste locus ad faciendum miracula erat aptus quia non erat ibi cibus

tho ... [illegible] ... in peregrinum et [illegible] / [illegible] ... assumpsit ... / [illegible] ... [illegible]

tho ... pascha ... [illegible]

Unde dicitur ca. 1e. quod dixerunt discipuli
Domino desertus est locus dimitte turbas
ut euntes in castella emant escas
Erat enim aptitudo temporis quia pascha unde
dicit Erat autem proximum pascha dies
festus iudeorum In hoc dominus fecerat
miracula et illa non debebat renovare
quia novum pascha debebat facere Nondum
ut dicit crisostomus quia apostasie materia
communis Johis usque ad hoc fluxerat
omnibus annis licet evangelista pauca nar-
ret de hoc quod alii narraverunt Cum
sublevasset ergo oculos ihesus Hic notatur
occasio scilicet desertus propter ad emen-
dos cibos unde respicit tanta multitudo
et ad hunc destin manifestand quesivit
dominus a philippo de precio propterea dicit
Cum sublevasset oculos ihesus propter
sue benignitatem quia sicut dicitur ... pre-
cessit dominus super timentes eum et vidisset
quia multitudo maxima venit ad eum
propter devotionem Unde dicit ca. 1e. Se-
cute sunt eum turbe pedestre e
de civitatibus dicit ad philippum propter
prudentie circumspectionem ...
[illegible] cura est de nobis Unde ememus
panes ut manducent hii ad corporis
refectionem ... sufficien-
cia precium ad emendum nec ipse ...
indigebat ... venite emite
absque argento hoc non querebat quia
dubitaret unde dixit hoc autem dixit
temptans eum non dubitans ipse enim
sciebat quid esset facturus Ideo dixit ut
placet et ... quod precium deficit
Ideo sequitur responsio philippi Respondit
ei philippus ducentorum denariorum
panes non sufficiunt ut unusquisque
modicum quid accipiat et ita magis
... est ... et ipsi pauperes erant
et non habebant ... enim

... [illegible]

reliquerant 2m quod dixit petrus ca. 19
Ecce nos reliquimus omnia et secuti
sumus te Actus 3o Argentum et aurum
non est michi etc. Sequitur
Dixit autem ei unus ex discipulis eius
Hic notatur occasio et insufficientia
cibi ad tante multitudinis refectionem
cum essent cum quinque milia non ha-
bebant panes nisi quinque et hoc notatur
in responsione andree propterea dicit
Dixit autem ei unus ex discipulis eius
andreas frater symonis petri Dominus scilicet
a philippo querenti de ciborum re-
fectione Est puer unus hic qui habet
quinque panes ordeaceos et duos
pisces tot inquit panes nos habemus
sed non sufficiunt Ideo dicit sed hec quid
sunt inter tantos inquit notatur
mira inopia domini et discipulorum
quia paucos et grossos panes habebant et viles
unde et frequenter dominus ihesus passus fuit
famem Math. 12 Abiit ihesus sabbato dis-
cipuli autem esurientes ceperunt
vellere spicas Moraliter quinque panes quibus
reficitur affectus que ortum habent
ex quinque consideracionibus intellectus
1 Ex consideracione proprie pravitatis panis
contricionis de quo in psalmo Cibabis
nos pane lacrimarum Iste est potus
de quo ... Unde debat michi
2 panis etc. Ex consideracione passionis
ihesu christi panis afflictionis Deut.
16 Septem diebus comedere
3 afflictionis pane etc. Ex consideracione
defectus fratrum panis compassionis Eccl.
11 Mitte panem tuum super transeuntes
aquas scilicet tribulacionis sed hoc non
4 debet ... Ex consideracione supplicii
eterni panis timoris Ezech. 12 ...
ducantur panem in luctu et timore

memoras ut / Ex qsideracione dilacois
primi / et qo hoc panis devocois qui
est in pectus ps fuit michi lacrime
mee panes die ac nocte. Circa dt
hic qo de curietate qr dr mt xiiiio
qr discipuli accesserunt ad dnm et
dixerunt ei qr turbas dimitteret /
et dr sibi marci 6 / qr dns videt dis
cipulis non sunt necesse ire. hic dicit
qr peciit a philippo. Item obicit qr
dr qr philippus dt ducentorum denariorum
panes non sufficiunt etc. Jo. 6 dicit
qr discipuli dixerunt emites enim
ducentis denariis panes et demus
illis manducare. Unde pri dicit
qr curietas soluitur ex hoc qr frequenter
unus dicit qr alius obmittit / et in
telligendum est qr discipuli primo venerunt
ad dnm ihm et post dns inspexit
turbas et allocutus est philippum
et tunc philippus rndit et alius
evangelista virtutem philippi attribuit
aliis / ut marcus qr synodochen
et dein dns quesivit quot panes
haberent et hoc johannes obmittit / et
rndit andreas qr quinque / et hoc
johannes dt de andrea specialiter alii
attribuunt pluribus qr in persona plurium
loquebatur. Est etiam qo de rone
littere / cum philippus non esset dispensa
tor sed iudas / videtur qr dns ihc
debuisset a iuda querere / non a philip
po. Solvitur dicendum qr illa qo fuit ad
probandum et instruendum, qr philippus
magis indigebat doctrina sicut
patet inf. xiiiio. qn quesivit omnis nobis
patrem ideo magis ab ipso quesivit
Aliter potest dici qr philippus erat
circa illam provinciam oriundus unde

et turbis notus erat et ideo de ipsis
magis sollicitus erat et ideo credendum
qr ipse primo dnm de turbis sollicita
tus est et post dns ab ipso quesivit
Est etiam qo de veritate lre qr dr hic
hoc autem dicebat temptans eum
contra Jacobi primo deus neminem temptat /
sed idem deus intemptator malorum
est. Item temptare bonum est vel pravum
sed deus neminem ad pravum inclinat
sed dicendum qr temptat non ad malum
inclinando sed probando iuxta illud ps.
proba me dne et tempta me etc. sed
eius est probare i. per experimentum
scire qui hominem non cognoscit 2
ergo sed deus hominem cognoscit non
temptat nec probat. Pro solutione qr e 3
temptatio ad malum inclinans
et hec est a carne / mundo / dyabolo [modus temptationis]
non a deo / et est temptatio probans
et hoc potest esse triplex / aut ut temptatus ipso
temptat probari / aut ut ipso temptat
aliis / aut ut probatus innotescat
sibi ipsi / primo modo non temptat deus
sed homo deut. xiio. exemplum dominus tempta
tabit te / 2o temptat deus bo
norum ad exemplum / gen 22o / temptavit
deus abraham / 3o temptat et probat
etiam ad humilitatem merita qr homo
humiliatur dum sibi eius infirmitas in
notescit / ps proba me dne et tempta me
Dixit ergo ihesus / postquam dicta 2a pars
ta sunt antecedentia ad mirabilem
refectionem hic ponitur geometrica actio
que sunt tria / primum sessio discumbentium /
2m multiplicatio panum / 3m collectio
fragmentorum / primo igitur sicut dictum
est ponitur sessio discumbentium ad x.
imperium / sed autem dt ergo eis ihs dt

.// ut fr dci q u fuid ab cophim q ad loqui de fragmentis q xij cophinu repleri plen

lu Colligite ꝑ discipulos ꝑ fragmenta dicit ꝑ apostolos plura pluraliter ... cophinos in ... in alio ... fuid ... ad ...

.i. discipulis facite homines discumbere hoc est ut comedat et resideat / discumbere enim ut recumbere proprie est comedentium unde luc. xiv. cum vocatus fueris ad nuptias recumbe etc. / et locus ad recumbendum erat aptus unde dicitur

lu Erat autem multum feni in loco / et in primo loco convenienti fecerunt discipuli eos recumbere / ideo dicit / discubuerunt

lu ergo viri numero quasi quinque milia quod dictum est quia forte aliquis decat vel superceat sed quia scriptura non facit vir i. thib... minutias / alii dicunt quod erant quinque milia virorum exceptis parvulis et mulieribus

lu Accepit ergo ihesus etc. Ut hic tangitur 2m multiplicatio panum que impetrata est in gratiarum actione et consummata in panum distributione ideo dicit Accepit ergo ihesus panes ad multiplicandum / gratiarum enim postulativa est / unde num. xi. dixit dominus moysi numquid invalida est manus domini iam nunc videbis utrum sermo meus opere compleatur et ad gratias egisset ad scilicet patrem hic thimo. v. nec recipiendi quod cum gratiarum actione percipitur sanctificatur enim per verbum dei et orationem. Distribuit discumbentibus scilicet ad comedendum per apostolos ut scilicet discipulis daret quisque sua voluntate sicut rex quoniam disposuerat rex statuerat ponens mensis singulorum de principibus suis ut sumeret unusquisque quod vellet. Similiter ex piscibus quantum volebant .i. usque ad satietatem ideo ri... comederunt carnes et nimis saturati sunt panibus.

lu Ut autem impleti sunt hic tangitur 3m scilicet collectio fragmentorum ne superflua perirent propter quod dicit Ut autem impleti sunt .i. saturati dixit discipulis

lu suis Colligite que superaverunt fragmenta ne pereant quia enim panis in usum hominum factus est / tunc fragmenta pereunt / quando in usum hominum non assumuntur. post panis ore hominis consummatur et discipuli domini imperium exsecuntur unde dicitur Collegerunt ergo et impleverunt duodecim cophinos etc. mensura et plenitudine mensura etc. Eris ego multiplicationem non amittetur / sed etiam minis que superfuit / et quia pro... erat cophinum unius apostolorum / in quo doctrina apostolorum per toto orbe erat distributa ex reliquiis doctrine christi. Collegerunt igitur duodecim cophinos fragmentorum ex quinque qui superfuerant hiis qui manducaverant. Has reliquias fecit colligi ut appareret fundamentum veri in ps. In reliquiis tuis preparabis vultum eorum. Collegeria puer unus habebat quinque panes ordeaceos et duos pisces qui in duodecim cophinos reliquiarum sunt multiplicati prius / Iste est moyses lator legis qui puer dicitur quia famulus in omni domo fidelissimus / panis est cibus ubi deut. 8. non in solo pane sed in omni verbo quod procedit etc. quinque ergo panes sunt verba de quibus apostolus prima Cor. xiv. malle loqui quinque verba in sensu meo Iohannes quinque verba sunt quinque libri moysi de quibus apostolus loquitur / Isti panes multiplicantur dum multiplex eorum intelligentia a domino aperitur Luc. ult. Incipiens a moyse interpretabatur illis in omnibus ... et multiplicantur remanet duodecim cophinum fragmentorum .i. doctrina duodecim apostolorum qui dispersi per orbem / iuxta illud psalmi In omnem

tiam vel est q. ultio emittebat in mu
dum virtutem potestatis celbam omni
creature. ¶ Tercium de multiplicacione
panum quia eius dominus suam potenciam
manifestare volebat et maior potestas
est panes creare quam multiplicare
quia illud ex nichilo hoc ex aliquo
et ... erat facile domino utrumque ...
Unde Ambrosius utrumque est potentie
infinite tanta multiplicacio quota
prima ... in tota quantitate quia sic
erat potentie infinite / quam creatio / mag
tamen multiplicavit / quam creavit / ut ora
hereticorum concluderet qui dicunt quod visi
bilia pertineant ad deum tenebra
rum non ad deum lucis ut ergo ostenderet quod
ipse esset qui omnia visibilia crearet
iam creata voluit multiplicare. ¶
2a. ¶ Utrum autem deus multiplicavit panes
nova aliunde apponendo materiam / vel
creando / vel illam extendendo dubium
esse videtur. nec hoc dicitur / sed predicto
tamen Ambrosius quod fuit ibi multiplicacio
sine creacione et extrinseca appositione
nec fuit extensio materie tamen sicut
est per virtutem agentis naturalis sed
simul fuit creacio in materia et forma
per virtutem infinitam et hoc non habet
simile in natura sic nec creacio ¶ Tercium
titulus dominus etc. 2o capitulum. Primum fecit /
unde est hoc quod panes ordeacei et vi
lem tribus distribuit / Unde Ambrosius quod
non fuit locutus ex hoc / quod sic transsum
tavit vinum et optimam formam /
dedit / sic multiplicavit et augmentavit
non fecit manere priorem quantitatem
dedit quia ultra naturam. ij. capitulos.
¶ Spiritualis non est quia per quinque panes
quinque libros moysi intelligunt doctores
quia moysi aspera est et dura et non

Aliter ... ... fuit ...
... ... et
... ...
creati ...

panes ordeaceos multiplicavit
¶ Item quia Christus pro quod in hoc mira
culo faciendo gracias egit eo et aliis
non / videtur ipse ostendisse impotentiam
unde quia illud non fecit pro miraculum
impetrandum sed pro consuetudine quam
habebat in principio questionis gracias agere
et celestia benedicere / in quo instruxit
quod cum graciarum actione et oratione debe
mus cibum sumere ¶ Item ergo est cum omne
superfluum sit evitandum et deus iesus
omnia fecit in numero pondere et mensura. ergo
videtur quod non debuerit ultra sufficien
ciam panes multiplicare / Unde Ambrosius
quod et si fuerunt ultra necessitatem / non tamen
ultra utilitatem / ymo utilitas fuit refec
cionis / et nostre erudicionis / refectionis
quia postmodum discipuli indiguerunt
nostre / erudicionis ut cognoscamus quod
deus ultra nostram indigenciam potens est
paratus est dare cognoscamus etiam
miraculum fuisse verum et etiam ex certo
numero superancium fragmentorum apostolorum
intelligamus doctrinam et cibum multorum
¶ Illi autem homines etc. / 3a pars lectionis
describitur supra antecedencia admi
rabilem refeccionem et concomitancia hic
describuntur consequencia que sunt quatuor scilicet turbarum
devocio ad Christum ihesum hono
randum / absconsio domini ad honorem
fugiendum / descensus discipulorum ad
tristiciam / adventus Christi ad suam
redemptionem / Primum ergo eo sequens sicut dictum
est ad predictum miraculum fuit turbarum
devocio ad Christum honorandum / et hoc
cognoscentes eum per signum unde dicit
Illi ergo homines cum vidissent / quod fecerat
signum i. considerassent signum magnitudinis
dicebant quia hic est vere propheta qui venturus
est in mundum. i. Christus qui expectabatur

... salvandus ... ... ad ...
istius adventu

tangit dns totius mundi hoc per signa
dicebant iudei s. quia christus erat qui venit in
prophetia signa faciet. Ihesus ergo cum cog-
hic tangit primum s. absconsio domini
ad honorem fugiendo quod prendit tibias
contra velle propterea dicit Ihesus ergo cum
cognovisset quod venturi esse
erant ut raperent eum et vellent
et facerent eum regem fugit iterum in
montem ipse solus quod per celeritate dis-
cipulos non expectans. volebat enim
eum rapiendo regem facere. autem
tempus sicut ipse dicit iusta 18 regnum
meum non est de hoc mundo. aug. fu-
git christus cum eum voluerunt facere regem
omnia enim terrena bona contempsit
homo christus ut contempnenda monstra-
ret. omnia mala sustinuit ut nec in
illis queretur felicitas nec in istis timeretur adversitas
Ut autem sero factum est d. etc.
hic tangit 3m s. discipulorum descensus
ad recedendum volebat enim dns ihesus
turbas latenter dimittere ut ipsum non
invenirent ideo premittit discipulos suos
ut descenderent de monte tristificantes
propterea dicit Ut autem sero factum esset
hoc est hora recedendi ad hospitium
descenderunt discipuli eius ad mare
ut scilicet tristificantes et cum ascendissent
navem venerunt trans mare in caphar-
naum venerunt i. venire ceperunt
per navim anticipantes. dicitur ideo venie-
bant quia ibi dns habitabat. Mat 4 Et
descendit capharnaum et habitavit
ibi. Et tenebre facte hic tangit 4m
s. adventus christi ad succurrendum quia ipsi
erant in periculo constituti propter obscuri-
tatem noctis et tempestate maris.
ideo dicit Et tenebre iam facte sunt
et ecce periculum noctis et maior quia de-
erat ductor. Et ideo dicit Et non
venerat ad eos ihesus ideo erant

[illegible]

[illegible]

in periculo iuxta 12. quia ambulat in tene-
bris nescit quo vadit. erat et periculum
tempestatis propterea dicit mare autem
magno vento flante exsurgebat.
mare enim exsurgit adventu venti
Jone primo misit deus ventum magnum
in mare et facta est tempestas magna
Et quia dns ipse est ihesus qui tribula-
tis sunt corde ideo misit adventum dni
ad succurrendum propterea dicit Cum remigassent
ergo q. stadia 25 aut triginta q. d.
per mediocritatem spacii in mari vident
ihesum ambulantem super mare et proxi-
mum fieri ad succurrendum sed non agnoscebant
eum. ideo subdit Et timuerunt etc
non horum reddit causam Mt 14. quia putaverunt
fantasma esse et quia confortat dns
ihesus corda timida ideo dicit Ihesus
autem dixit eis ego sum s. qui protego
nolite timere. cum dns adest non est
timendum ps. 26 dns protector
meus a quo trepidabo. Et exhor-
tatus sunt voluerunt ergo eum accipere
in navim agnoscentes eum et statim
gaudentes et statim fuit navis ad
terram quam ibant. i. ad quam quia
dns corpus ibi erat et a mane
non portabat sed portabat eam [illegible]
portans omnia verbo virtutis sue et statim
quia sapientie [illegible] subest enim tibi cum
volueris posse. [illegible] fuit miraculum
s. super mare ambulatio. tempestatis
compressio. et ad portum velocissime applicatio.
Capharnaum [illegible] villa ad quam
vadunt. quo vadunt. et quis ductor
[illegible] villa ad quam vadunt
capharnaum que interpretatur villa
pulcherrima. hec est celestis patria in
qua summa pulchritudo ut dicitur
de sanctis sapiencie quinto acceperunt regnum

[illegible]

decorem et dyadema speciei de manu
domini. Ad hanc villam transit per mare
i. per tribulacionem amaritudinis. Act. xiv.
per multas tribulaciones etc. Per hoc mare
transivit navicula petri in qua Christo
salvatur. Unde illud Act. xxvii. nisi in
navi manserit vos salvi non poteritis
fieri. multi per primam non egerunt ma-
dere in manus domini. Eccl. ii. Hec
navicula concutitur ad temptacionem / separatur
flatibus / Mt. xiv. Et flante venti
navigantes vident dominum ambulantem
sic hic / pugnantes vident stantem
Act. vii. contemplantes sedentem Ysa. vi.
vidi dominum etc. Et abest deus et
ad portum perducit Ps. cvi. Et cum
transieris per aquas tecum ero et flumina
non operient te. 2m illud Ps. Cum ipso
sum in tribulacione etc. Item hic primo
quod ille dicunt de Christo hic est vere propheta
vos dicunt unum vel filium / quod unum videtur
quod dicitur deut. xviii. prophetam suscitabit
nobis et glossa dicit quod ad literam intel-
ligunt de Christo / sed contra prophetia non
est comprehensorum qui vident in claritate
sed isti vident in speculo. Ergo Christus
fuit comprehensor non ergo est propheta / Respondeo
dicendum quod propheta dicitur dupliciter vel ratione intuitio-
nis inspiracionis et revelacionis
et sic importat secundum cognicionem igno-
rantia / dicitur et propheta ratione infallibilitatis
et veritatis denunciacionis sic primum
non dicitur Christus sed 2. quia omnia dixit
in omnibus infallibiliter. Item de
hoc quod dominus fugit in montem. Contra
ipse erat rex / ergo recipiendus erat
ut rex et ipse debebat velle quod sui
eum reciperent ut debebat ergo non
debebat fugere primo se offerre
Item qui salus populi pendet ex

aliquo electo / non debet se absentare ergo etc.
salus populi quoniam etc. Item quare solus
fugit cum prius non solus ascendit
sed ipse et discipuli eius. Unde dicendum quod vere
recipitur ut rex / qui recipitur ut regnet
in corde per fidem / sed quia ille de fide
et salute non curabat / sed de temporali re-
fectione / non iniuste se absentat / et per hoc
patet solucio ad secundum quia non pendebat
salus populi ex regno vel carnali sed
spirituali. Item quare quod solus fugit.
Unde per acceleracionem alios non ex-
spectavit / per absconsione societate
habere noluit / per instruccionem ut osten-
dat quod in prosperitate honore ab aliis
familiaribus non est petendum consilium /
quod in hoc respectat illud ecclesiastice a°
inimici hominis domestici eius.
Item de descensu discipulorum quia
dicitur quod descenderunt ~~ad~~ cum sero factum esset
quos in gremium solitarium miserunt
videtur quod reprehensibiles fuerunt. Item
dicitur discipuli venerunt capharnaum
quia Mt. vi. quod precepit eis ut venirent
bethsaida / Unde dicendum quod sicut dicit Ma-
theus dominus compulit discipulos suos
ascendere in navim ideo non fuerunt
reprehensibiles quia domino obedierunt.
Ad obiectum de contrarietate dicendum quod mar-
cus nominat villam proximam / sed Johannes
ad quam ire volebat. Item quare de am-
bulacione domini super mare ex qua parte
fuit miraculum vel aque proprietatis vel
corporis super incedentis / et quare etiam hoc
miraculum non ostendit turbis / Unde
quidam dicunt ~~quod fuit~~ quod fuit ex
parte corporis quod tempore illo dotem
assumpsit agilitatis. hoc dicit magister hugo.
Alii dicunt quod ex parte aque que

sub pedibus creatoris se palpabile prebuit et accepit a gregorio sed melius est quod utrumque quod in natura sua et ipse [illegible] saluata diuina uirtute corporis super efferebatur aquis / magis autem manifestauit discipulis quam turbis quod sicut discipuli precedebant intelligencia ceterorum ut ingredi sic esset apostolorum magister ut in pectore [illegible] dit eis secretum euangelii.

Altera die turba que st[abat]

Dominus Ihesus ostendit se supra esse dominatorem corporalem / hic ostendit se esse conseruatorem refectionem spiritualem / Et quia nemo spiritualiter reficitur nisi consciens et libero arbitrio non consentit nisi alliciatur et excitetur ideo hec per duas tangit quod / primo sit turbarum excitatio / 2o uero promittitur eis spiritualis refectio ibi dixerunt ergo ad eum domine semper da nobis panem / Excitatio igitur turbarum in hoc ordine describitur / primo notatur turbarum ad querendum [illegible] sollicitudo 2o uero inordinate querentium correctio 3o dubitantium instructio / 4o [illegible] uindicatio insinuatur ergo turbarum sollicitudo ad christum querendum preueniendum premiens ex uiso miraculo / et quia eum nesciebant non querebat / quod nesciebant quo et quando recessit propterea dicit / Altera die turba que stabat trans mare stabat in [illegible] per expectationem unde dicere poterant illud petri [illegible] domine bonum est nos hic esse [illegible] non statim recesserant / post considerationem uidit [illegible] non dedit [illegible] cor intelligens [illegible] refecti fuerant uidit quod nauicula non erat ibi nisi una in qua scilicet Ihesus [illegible] transisset nec in illa transiuit et unde super

quia non introisset Ihesus cum discipulis suis in nauim sed soli discipuli eius abiissent et quia eum non inueniebat inuisibiliter eum transisse credebat / et quia uolebant et poterant quia naues aduenerant / propterea subdit Alie uero superuenerunt naues a tyberiade a ciuitate a qua denominabatur locus ille iuxta locum ubi manducauerant panem gratias agente domino quod sic manducatum est Cum ergo uidisset turba quia Ihesus non esset ibi neque discipuli eius qui semper Ihesum uidebant ascenderunt nauiculas et uenerunt capharnaum querentes Ihesum ideo eum querebat quod eos refecerat in prima 2m illud Aug. super illud qui edunt me adhuc esurient In ligno que[rebat] quem salutem operatus est in medio terre [illegible] exiguo ligno crediderunt homines animas suas et transeuntes mare per ratem liberati sunt / Et cum inuenissent / hic tangitur 2m scilicet inordinate querentium correctio / quia enim inuenerunt Ihesum et ei [illegible] cognitionem fatentur propterea dicit Et cum inuenissent eum trans mare qui transire eum non uiderant dixerunt ei Rabbi quando huc uenisti [illegible] admiratione quia nesciebant quo uenit et tempore quo [illegible] querunt sicut discipuli [illegible] dic nobis quando erit [illegible] / Et dominus Ihesus non [illegible] inordinate querentium [illegible] propterea subdit Respondit eis Ihesus et dixit Amen amen dico uobis queritis me non quia uidistis signa que feci ut per signa ueniatis ad fidem et uitam nec spiritualem queritis sed carnalem sed quia ex panibus meis id est a me multiplicatis manducastis et saturati estis et hoc in [illegible] carnales [illegible] corporis

[illegible]

satietatem/ sicut et patres eorum Exo. 16.
Utinam mortui essemus per manum domini in
terra egypti quando sedebamus super ollas
carnium etc. Et quia inordinate querebant
ideo eos dominus Ihesus dirigit et ordinat
q° 2a Operamini, i. opera vestra requirite non cibum qui
perit, i. carnalem qui post comestionem vel esca
ventri et venter escis/ Deus autem et hunc
et has destruet, ad Cor. 6. Omne quod in os
intrat etc. Sed qui permanet in vitam
eternam, i. cibum spiritualem iste cibus est verbum
dei quod in eternum permanet verbum ipsum
... dicitur Verbum domini in eternum permanet/
et ideo dat vitam eternam/ Infra eodem Domine
verba vite eterne habes/ Hunc cibum dat dominus
propterea dicit/ quem filius hominis dabit
vobis tanquam bonus pastor Infra 10 Per
me si quis introierit salvabitur
et ingredietur et egredietur et pascua
inveniet/ et quod ipsius sit hunc cibum
dare propterea dicit Hunc enim pater signavit
deus. ad Cor. 3. In baptismo Hic est filius
meus dilectus/ vel signavit, i. proprio signo
ab aliis distinxit ut sit singularis et
in omnibus primatum tenens/ Distinxit enim
triplici distinctione scilicet unione personali quia
verbum caro factum est/ donorum plenitudine
quia Ioh. 3. Non ad mensuram dat deus spiritum/
peccati immunitate supra 1. Ecce agnus dei
Ista signatio figurata fuit Aggey ult.
Assumam te Zorobabel servum meum dicit
dominus et ponam te quasi signaculum
quia te elegi dicit dominus exercituum per Zo-
robabel intellige Christum ... de agno
Exo. 12. Erit quasi signum in manu tua
3m Dixerunt ergo ad eum quid faciemus
Hic tangitur tertium scilicet dubitacio instructionis
non enim intelligentes Ihesum Christum
... incipiunt dubitare et

querere utrum hoc ait Dixerunt ergo scilicet
iudei ad eum quid faciemus ut operemur q° 3a
opera ~~bona~~ dei/ ideo querebant de opere
quia per illam volebant venire in refectionem
sic enim est ordo 2 ad Tess. ult.
Si quis non laborat non manducet/ Prov. 12.
Qui operatur terram suam saciabitur panibus/ Sed dominus Ihesus querentes eum instruit
Unde dixit Respondit Ihesus et dixit eis
scilicet querentibus Hoc est opus dei ut credatis in eum/ quem misit ille/ hoc est
opus bonum principium omnium bonorum operum
quia dicitur Heb. 11. Sine fide impossibile
est placere deo/ quia qui vult bonum operari
a fide debet incipere Gen. 15. Credidit
Abraham deo et reputatum est ei ad iusticiam
2m Dixerunt ergo ei/ Hic tangitur tertium scilicet
contemptum et supplicationem humiliatam/ nolebant enim Christo credere per signa que viderant
quasi maiora signa vidissent/ Propterea
dicunt/ Quod ergo tu facis signum ut
videamus et credamus tibi/ ideo enim credunt
hebrei nisi signa videant prima Cor.
1. Iudei signa querunt quid operaris q.d.
quid magnum fecisti/ modicum est quod fecisti
... quia quod factum est in deserto/ Patres
nostri manna manducaverunt in deserto non
pane ordeaceo sed celesti/ Unde et
subdit sicut scriptum est panem de celo
dedit eis manducare/ Scriptum est in ps.
panem angelorum manducavit homo cibaria
misit eis in habundantia/ Sic exaltantur
de miraculis ostensis patribus/ contempnentes
miracula Christi/ et dominus Ihesus eos humiliat
ostendens quod scriptura illa non est impleta
per moysen/ sed impletur per ipsum/ propterea
subdit/ Dixit ergo eis Ihesus Amen amen
dico vobis non moyses dedit vobis panem
de celo sicut illa scriptura loquitur non
nisi ... sed typice/ quia sicut dicitur 1 Cor. 10

[illegible]

omnia in figura contingebant illis. Ergo
pater meus dat vobis panem verum de ce-
lo et ideo ad ipsum petimus panem nostrum
supersubstantialem da nobis hodie. Matth. 6.
Et ronem hanc reddit: panis enim
verus est qui de celo descendit et
dat vitam mundo / et sic panis non
fuit manna sed Christus Jhesus. Infra 10.
Ego veni ut vitam habeant et habunda-
cius habeant. Descendere de celo hoc
est in carne venire. Unde Aug.
verbum quod erat panis angelorum dum
descendit in carne ... in lac par-
vulorum. Queritur de hoc quod dicit queritis
me non quia vidistis signa. Contra super-
eos exspectatur enim multitudo magna
quia videbant signa. Responsio: Unde
dicendum quod quedam hec solvunt dupli-
citer. Uno modo per revelacionem ad diversa tempora
quia illi idem qui primo secuti sunt propter signa
postmodum secuti sunt propter escas. Alio modo
solvunt per revelacionem ad diversas perso-
nas quia utrumque verum est / quidam enim
sequebantur propter signa / quidam propter escas.
Unde notandum quod quinque sunt cause quare
aliqui sequebantur dominum Jhesum que his
versibus continentur: Vo morbus signa
cibus blasphemie dogma fuere
cause cur dominum turba secuta fuit.
2a qo. Item queritur de hoc quod dicit operamini
non cibum qui perit. Contra cum quilibet
debeat homo operari pro cibo corporali / quod non
videtur propter litteram istam. Item Matth. 6. nolite
solliciti esse quid manducetis.
Item Luce 10. reprehendit dominus mar-
tham que circa cibum corporalem solli-
cita erat. Ergo non videtur quod homo debeat
pro cibo suo operari. Contra 1 Thessa. 4.
operamini manibus vestris sicut precepimus
vobis. Item 2 Thessa. 3. qui non
laborat non manducet. Ubi eciam apostolus
dicit se prebuisse exemplum. Unde dicendum quod
bonum est operari pro huiusmodi cibo corporali
sicut dicitur in psalmo: labores manuum
tuarum quia manducabis etc. Sed circa
manuum operacionem triplex contingit esse
mordinacio in intencione / ut cum finalis
cibum hunc requirit / et dominus hoc prohibet
hic / in sollicitudine ut cum absorbet
mentem circa terrena / et sic prohibet dominus
in Matheo. Item in tempore ut cum debet
vacare audicioni verbi dei vacat operi
operi vel cibo corporali / et sic reprehendit
Martham que debuisset audire
dominum Jhesum predicantem. Queritur de
hoc quod dicit opus dei est ut credatis
in eum quem ille misit / contra dicit apostolus
Rom. 3. arbitramur hominem iustificari
per fidem sine operibus legis; et ergo non est
opus. Unde opus accipitur quandoque ad
opus operans et opus operatum spirituale
et corporale interius et exterius. Alio modo
... alterum horum preter credere primo modo
credere est opus, 2o modo minime. Item
queritur de hoc quod dicit Moyses non
dedit vobis panem de celo / quia dicitur
Sapie. 16. inparatum panem de celo
prestitisti eis. Unde celum quoddam quod est
celum empireum et est aereum / a
primo enim non habuerunt panem sed a 2o.
Sed solucio non solvit quia Christus non fuit
panis de celo empireo. Ideo dicit
in psalmo panem angelorum mandu-
cavit homo sed panis angelorum non est
de aere. Unde dicendum quod manna fuit
cibus materialis et de celo materiali gene-
ratus figura cibi veri celestis et spiritualis.
Judei ergo qui dicunt illud celeste
intelligendum sunt secundum figuram et typum
opponere vero secundum veritatem aperta
sequitur.

Et dixerunt ad eum / Excitat dominus iudeos ad querendum spirituale refectionis sic iam excitat & petentibus exhibet instructionem / Et quoniam Christus est panis reficiens secundum divinam naturam & secundum humanam naturam / Ideo hec pars habet duas / In prima agitur de refectione huius celestis panis secundum divinam naturam / In secunda quantum ad humanam / ibi Et panis quem ego dabo. Prima pars habet duas partes. In prima ponitur instructio ad iudeorum petitionem / In secunda eius instructionis confirmatio per iudeorum murmurationem ibi Murmurabant ergo iudei /

Instruit ergo iudeos de huius panis celestis refectione hoc ordine / primo ostendit quis sit ille panis reficiens / secundo quos hic panis reficiat / 3º quare illos & non alios reficit / primo igitur ad iudeorum petitionem docet quis sit iste panis reficiens ubi dicit quod inducit iudeos petentes Dixerunt ergo ad eum iudei scilicet Domine da nobis semper panem hunc quia eis promiserat panem vivum [illegible] petiit ut non esuriat sicut mulier aque supra 4º Domine da michi hanc aquam ut non sitiam neque veniam huc haurire. Sic igitur petentibus dominus spiritualem panem ostendit Dixit autem eis Ihesus Ego sum panis vite i. panis dat vitam quia ipse est sapientia de qua Ecclesiastici 4º Sapientia vitam filiis suis inspirat. Et non tantum est dans vitam ymmo etiam satians & affectum & intellectum Unde dicit Qui venit ad me per caritatem [interlinear gloss illegible] sed non esuriet [illegible] Mt 11 Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis & ego reficiam vos & qui credit in me non sitiet unquam quia sicut dicitur est 4º qui biberit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in eternum sed aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam / Et nondum quia cibus pascit quia est in affectu qui magis unitur fides potat quia respicit actum intellectus qui minus unitur & propterea quandoque potus dicitur cibus & per medium sic fides & opera intellectus vita dicitur [illegible] contentis in affectu in qua est cibus /

Sed dixi vobis / hic notatur secundum quos scilicet hic panis reficiat quia non incredulos sed fideles a deo electos et vocatos propterea dicit Ita dixi quod qui venit ad me non esuriet sed vos qui non creditis refici non potestis / Unde ait Sed dixi vobis quia & vidistis me & non credidistis. Supra 3º dixit nos quod scimus loquimur & quod vidimus testamur etc. Item supra 5º Quomodo vos potestis credere qui gloriam ab invicem accipitis & gloriam que a deo est solo non queritis. Item supra eodem Queritis me non quia vidistis signa sed quia de panibus meis manducastis & quia non creditis refici non potestis / Unde Beda panem de celo desideratis / ante vos habetis & non comeditis quia non creditis. Ex illo comedunt qui electi a deo sunt & vocati. Unde dicit Omne quod dat michi pater per eternam electionem & temporalem vocationem / ad me veniet per fidem & dilectionem / De hac dilectione in psalmo Postula a me & dabo tibi gentes hereditatem tuam / Has postulavit infra 17 Pater sancte serva eos in nomine tuo quos dedisti michi. Pater serva eos etc. De isto adventu ad Christum Ihesum dicit Ysaias 2º Venite ascendamus ad montem domini & ad domum dei Iacob et docebit nos vias suas etc. Ad hunc adventum hortatur Ysaias 55º Omnes [illegible]

[illegible]

sitientes venite ad aquas Sic venien
tes reficit unde et subdit et eum
venit ad me non eiciam foras Et ut
ducat eum in illud Can. 2o Intro
duxit me rex in cellam vinariam
etc. Vel non eiciam eum sed introibo ad
eum Apoc. 3o Ecce sto ad hostium
et pulso si quis aperuerit michi intra
bo ad eum et cenabo cum illo | et in hoc
ostenditur dei iusticia quia non reficit nisi
venientes | Venientes quia omnes suscipit
pit et nullum abicit Quia descendi
de celo Hic tangitur 3a causa quare sic refi
cit tam predestinatos et adeo vocatos
quia est conformitas voluntatis sue ad
divinam propterea dicit quia descendi de
celo carne assumendo non ut faciam
voluntatem meam | a patre discordando
sed voluntatem eius qui misit me per
omnia ipsi obediendo | Unde philipp. 2o
factus est obediens usque ad mortem etc.
Sr[?] 7o. non quero voluntatem meam sed
voluntatem eius qui misit me | sed
voluntas patris est ut electi et vocati
hoc pane reficiantur propter quod subdit
hec est enim voluntas eius qui misit
me patris ut omne quod dedit michi s[cilicet]
per electionem Ro. 8. quos presciuit et
predestinavit conformes fieri ymaginis
filii sui non perdam ex eo per reprobacionem
Unde illud 1a Corin. 1o perdam sapientiam
et prudentiam reprobabo sed resuscitem
illud in novissimo die | ad eternam vitam[?]
preparacionem Roma. 8o Si spiritus eius
qui suscitavit Christum a mortuis habitat
in vobis vivificabit et mortalia corpo
ra hanc voluntatem implevit per patrem
Infra 18. Pater quos dedisti michi non
perdidi ex eis quemquam | Et quia sic elegit
nos deus ut per vitam fidei veniamus

consequimur ut ostendit arbitrii in cooperacione
itemque repetit Hec est autem voluntas
patris mei qui misit me ut omnis qui
videt filium scilicet humanitatem et credit in
eum per sui arbitrii libertatem quia sicut
dicit Aug. non potest homo credere nisi volens
habeat vitam eternam in premio et suscitabo
eum ego in novissimo die et ita hanc
vitam consequitur per filium Ephes. 2o Cum essemus
mortui peccatis convivificavit nos Christo
et resuscitavit et consedere fecit in celesti
bus et hoc in novissimo die quia sicut 1a
Corin. 15 novissima autem destruetur inimi
ca mors | Sequitur de hoc quod dixit qui
venit ad me non esuriet Contra videtur
infra eodem quia multi ex discipulis eius
abierunt retro et constat quod prius ad ipsum
venerunt ergo falsum dicit | Unde intelligendum
de illis qui venerunt corde perfecto non
ficto et isti sunt qui venerunt cum caritate
perseverante aliquando videtur at si non
venerint eo quod omnes iusticie in obliui
one dantur | Sequitur de hoc quod dicit
vidistis me et non credidistis videtur quod
~~ne[?]~~ quia fides est earum rerum que
non videntur ypothesis Hebr. 11. igitur
videtur quod non potest eos reprehendere de hoc quod non
credunt cum videant | Et dicens quod vi
derunt secundum humanitatem est sed credere secundum
divinitatem hoc non est quia visio humanitatis
pocius impedit fidem divinitatis quam adiu
vet ergo non debet eos arguere ex hoc | Respon
dendum quod intelligit de visione non humanitatis
pure vel infime | sed de visione virtutis
et potencie in effectu | et qui videbat
divinam virtutem in effectu ideo credere
debebat | Et obicitur quod visio repugnat
fidei dicendum quod verum est de visione certa[?]
sed non est verum de visione que est in
effectu tamquam in speculo quia fidei
est videre per speculum et in enigmate

Item quintum de hoc quod dicit quod omne quod
dedit michi pater non perdam
ex eo quidem. Contra infra xi. Nemo ex
eis quos dedisti michi periit nisi
filius perdicionis ergo aliquis periit ex eis
datis. Respondeo dicendum quod duplex est sensus. De hoc quod
dicit dedit quod dare est duplex vel secundum
presentem iusticiam et sic Iudas fuit ex
Iudas et sic periit vel dare secundum electionem
eternam et sic dati sunt predestinati ex
quibus nullus periit. Secundo videtur quod sint
duo in hoc quod dicit perdam quod ipse Christus
diligentissime custodit eos sed nullus
periit per defectum pastoris sed quod mercenarius
inventus salvat aliquem periit per ma
liciam suam sed Christus eos non perdit sed
ipsi se sequuntur.

Murmurabant. Supra posuit instructionem
ad Iudeorum peticionem. Hic ponit
confirmacionem ad compescendam eorum murmuracionem
et procedit in hac parte hoc ordine
primo ponit Iudeorum murmuracionem
secundo vero murmuracionis cohibicionem tercio erroris
amocionem. Quarto veritatis doctrine confirmacionem
insinuat. Ergo primo Iudeorum murmuracio
de hoc quod dominus se de celo dixerat
descendisse. Propter quod dicit murmurabant
ergo Iudei de illo. Murmuracio est
occulta detractio sed quia non aperte
sed occulte. Contra dicebat quod signum de
panum multiplicacione adhuc recens erat
more patrum suorum similiter de quibus
numeri xi. vulgus multitudo erat pessima
murmurat contra me et subdit de quo murmurabat
quod dixisset ego sum panis
qui de celo descendi. Ipsi enim querebant
panem temporalem ad manducandum sed quod
spe sua frustrati erant. In hac visione
Iudeos murmurabat et dicebant
Nonne hic est Ihesus filius Ioseph. Luce

tercio. Erat incipiens quasi annorum triginta ut
putabatur filius Ioseph cuius nos novimus
patrem et matrem de terris non de celis.
Matthei xiii. Nonne hic est fabri filius. Non
ne mater eius dicitur Maria et fratres eius et
sorores eius apud nos sunt. Unde ergo
dicit hic quod de celo descendi cum sciant
eum natum esse in terris. Et sic verificatum
est illud quod dictum est supra x. Propheta in patria
sua honorem non habet quia eum dicebant
carnalem. Generacionem negabant eternam
et quia contempserunt Christum humilem non
poterant eum videre sublimem. Respondit ergo
Ihesus et dixit eis. Hic tangit secundum
scilicet murmuracionis cohibicionem. Cohibet enim
eos a murmure sed dicit Nolite murmurare
in invicem et hoc quia non prodest. Sapiencie
primo. Custodite vos a murmuracione
que nichil prodest sed obest. Prime Corinthiorum x.
Neque murmuraveritis sicut quidam murmuraverunt
et ideo quare non debet murmurare
est quia Christum non intelligunt
et quia eum non intelligunt stulte eum
reprehendunt. Et hoc non intelligunt
quia non credunt. Et ideo non credunt quia
non eis datum est a patre. Propterea dicit
Nemo potest venire ad me per fidem et
dileccionem et cognicionem nisi pater qui misit
me traxerit illum per revelacionem. Supra
petrum dicit Matthei xvi. Beatus es Symon
Bariona quia caro et sanguis non revelavit tibi
pater trahit ad me per revelacionem. Et
ego resuscitabo eum in novissimo
die per redempcionem et liberacionem a morte.
Prime Corinthiorum xv. Quoniam quidem
per hominem mors et per hominem resurreccio
mortuorum et sicut in Adam omnes moriuntur
ita et in Christo omnes vivificabuntur.
Et ut magis eis sententiam imponat
confirmat per scripturam. Scriptum est in prophetis
Et erunt omnes docibiles dei.

docebuntur a deo. In psalmo dicit quia in pluribus meminit Ieremie 36. dabo legem meam in visceribus eorum et in cordibus eorum scribam et non docebit ultra vir proximum suum et vir fratrem suum dicens cognosce dominum. omnes enim cognoscent me a minimo usque ad maximum. Item ysaie. ponam cunctos filios tuos doctos a domino. Et Ioel 2° effundam de spiritu meo super omnem carnem et prophetabunt filii vestri et filie vestre senes vestri sompniabunt etc.

Omnis qui audivit a patre. Hic tangitur secundus error amovendus quia cum dixerat quod omnes docentur ideo ne aliquis crederet quod videat deum a quo docentur dicit quod non videt sed audivit. Unde dicit omnis qui audivit a patre meo et didicit etc. per inspirationem iuxta illud ps. audiam quid loquitur in me dominus deus. Ille venit ad me per fidem et dilectionem iuxta illud apocalipsis ult. Et qui audit dicat veni. Et non quia patrem vidit quisquam scilicet mortalis et passibilis quia exodi 33° dicit non videbit me homo et vivet. Nisi is qui est a deo hic vidit patrem scilicet unigenitus filius de quo supra primo deum nemo vidit umquam sed unigenitus filius qui est in sinu patris. Sequitur textus

Amen amen dico vobis etc.

Hic ponitur precedentis instructionis confirmacio una cum quod dixerat et ad eum affirmandi genere per quod dicit Amen amen dico vobis i. vere vere dico qui credit in me habet vitam eternam et hoc probat quia ipse est panis qui vivificat credentes unde dicit Ego sum panis vite et hoc credentibus quia sicut de paradiso [illegible] lignum vite [illegible] qui apprehenderint eum scilicet per fidem et qui tenuerit eam beatus qui tenuerit per comprehensionem et quod sit panis vite ostendit per effectum quia scilicet dat vitam gratie et vitam glorie. vitam gratie quam non dabat panis ille typicus unde dicit patres vestri manducaverunt manna in deserto per 40 annos scilicet sicut dicit deut. 8° dedit tibi cibum manna quod ignorabas et mortui sunt morte culpe scilicet et infidelitatis hebr. 4° non profuit illis sermo auditus non admixtus fidei. Hic est panis de celo descendens per incarnationem ut si quis ex ipso manducaverit per fidem et dilectionem non morietur per prevaricationem quia sicut dicit Abacuk 2° Iustus autem ex fide sua vivit sicut fides a morte liberat sic et dilectio prima Iohannis 3° nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam quoniam diligimus fratres qui non diligit manet in morte. Nec tamen dat vitam gratie immo et vitam glorie propter quod subdit Ego sum panis vivus per essentiam quia vita vivus in semetipso ita dedit filio etc. [illegible] de celo descendi per humilitatem. Exo. 3° vidi afflictionem populi mei qui est in egipto et dolorem eius et descendi ut liberarem eum. Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in eternum per gloriam de hac comestione Can. 5°. Comedite amici mei et bibite et inebriamini karissimi. hoc erit in gloria. ab huius comestione prohibitus est peccator in figura ade gen. 3° nunc ergo ne forte sumat de ligno vite et comedat et vivat in eternum.

Murmurabant ergo. Post de hoc quod dicit quod iudei murmurabant dominus sciebat quod iudei de doctrina celesti cadere debebant in murmuracionem ideo eis [illegible] doctrinam non proferre cum esset salutis medicinis non debent dare. Ad hoc facit quod scribitur Mt. 7° nolite sanctum dare canibus neque proiciatis margaritas vestras ante porcos ad hoc ipsum [illegible] [illegible] crudit de [illegible] ipse sibi

iniuria facit ergo videtur quod talibus non
deberet dari instructio que cedunt in
destructionem. Unde sic dicit Augustinus in libro
de dono perseverantie, salvis viris bonis
prohibenda est multis malis hec claritas
ex verbis eius unde dicit ibidem quod tu
sanctus doctrina nostram prodesse bonis et si
scimus malos inde scandalizari non
debemus tacere, quamvis optima erat doctri
na de pane vivo et paucis valde
bonis et qui tunc aderant et nobis
qui legimus et tempus se offerebat
que mirabilis et magna refectio sancta
fuerat, ideo videlicet docendo non propter
malos sed propter bonos, unde pluries quod et
si dominus ipsis malis loqueretur erudie
bat bonos. Item queritur de hoc quod omnis
qui audit a patre non que quis videat
patrem nostrum. Contra constat quod hic loquitur
de videre et audire ipsius intellectus
sed in intellectu non differt visus et auditus
et qui audit intellectum videt intellectum
ergo si audit patrem intus et videt ipsum.
Si dicamus quod aliud certum est quod intel
ligere est videre, qui igitur audit aut
intelligit aut non, si intelligit videt,
si audit et non intelligit et venit
ad audiendum ergo nomine non intelliges
tanquam brutum. Unde quod visio respicit
speciem sed auditus locutionem proprie
locutio dei inspiratio dei est. Secundum quod
hic accipitur hec inspiratio effectus dei
est in anima est in anima sive effectum potest
anima ipsa in se cognoscere quamvis non ple
ne cognoscat a quo est. Unde dicendum quod
illam inspirationem et videt et audit
sed tamen ex hoc non sequitur quod videat
deum. Unde optime dicit omnis qui audit
a patre id est inspirationem provenientem a
patre et illam nostram videt potest et
audit sed tamen ex hoc non sequitur quod videat
inspirantem que auditus non eum respicit
sed effectus sic et visus. Queritur de hoc
quod dicit nemo potest ad me venire
nisi pater traxerit eum. Contra tractio
est motus violentus, omne autem nostrum est
voluntarium, ergo nullus nostrum tunc facit
aliquid tractus. Item si non potest nisi tractus
ergo non in sua potestate ad deum venire et
si hoc ergo tunc nullus sit reprehensibilis si non
facit impossibile, nullus est reprehensibilis
si ad deum non venit. Item tunc tractio sit
totius trinitatis quod est per revelationem quod proprie
est filii vel spiritus sancti, quomodo attribuitur patri que
non per potestate nisi per apparitionem. Unde dicendum
quod est motus in se et hoc non est iusti
tute descendere culpe descendere, voluntas igitur
nostra corrupta est et ad malum prona si supra
se elevetur non tamen erit elevatio, sed
propter inclinationem ad contrarium tractio est
que igitur omnis qui ad deum venit supra se
elevatur, nemo venit nisi trahatur gratia.
Unde dicit nemo venit etc. Ad obiectum
de motu violento videtur quod est tractio
coactionis quotidie et est tractio inductio
nis forma violentiam ponit, secundum minime
vel aliter est tractio affectionis secundum quod
dicit Augustinus quod poeta dicit trahit quemque
sua voluntas, et hec mutua et tractio
contra voluntatem et hac non trahit et de
hac non loquimur. Ad secundum dicendum quod non
est in plena potestate venire, sed in potestate
est sic ad divinum auxilium properare, qui apparuit
habetur patri. Dico quod apparatio sit in virtute
bone intelligentie dande unde creditis
amonendi bone voluntatis ostendere. Sic
dico quod hoc tertio filius ea que sunt divinitatis
patri apparat ut nos familiari doceat
et sic patet. Queritur de hoc quod dicit
erunt omnes docibiles dei que hoc certis
sime factum est in eo statu. Item quod

Sum est illud quod dicit Iohel 2o effun-
dam de spiritu meo et cetera. Item ysa. 18 po-
na omnes filios tuos et cetera. Secundo secundum Augustinum
quod omnes discibiles per gratiam singulorum sed
tunc auctoritas parum valet ad propositum. propter
hoc aliter exponitur quod cum dicit docti
erunt docebantur a deo et non nisi per ip-
sos omnes docibiles et sic auctoritas valet
ad propositum. Sequitur textus.
Et panis quem ego dabo et cetera.
Supra ostendit dominus ihesus se esse panem refi-
cientem secundum divinam naturam hic ostendit secundum
humanam et quia hoc videtur falsum et absurdum Iu-
deis ideo habet hec tres partes
In prima ponitur instructio infidelium
2a ponitur confirmacio propter iudeorum litigium
ibi litigabant et cetera. In 3a ponitur complanacio
propter discipulorum scandalum ibi hec dixit
in synagoga docens. Instructio vero
ponitur in qua carnem suam dicit esse
panem propter quod dicit et panis et cetera. Ego
sum panis secundum divinitatem ipsa est panis
secundum carnem unde dicit et panis quem ego
dabo scilicet ad refectionem secundum quod petimus
in oratione dominica panem nostrum supersubstancialem
da nobis hodie. Mt. 6o caro mea est
que scilicet reficit. prima Cor. 11o panis quem
frangimus corpus domini est pro mundi vi-
ta data scilicet est caro christi que in supplicio
est exposita mundo. illud Tren. 3o da-
bit percucienti se maxillam. ymo totum
corpus ysa. 50 corpus meum dedi
percucientibus et genas meas vellentibus
Et non tantum ad percutiendum ymo et ad ym-
molandum unde Ephes. 5o christus tradidit
semetipsum oblacionem et hostiam et cetera.
Litigabant ergo iudei. postea
instructio hic ponitur 2o propter iudeorum liti-
gium confirmacio et primo ponitur iudeorum
litigacio 2o doctrine confirmacio ibi dixit
ergo eis et cetera. Litigacio igitur erat de

hoc quod carnem suam panem diceret quia
ipsi carnaliter intelligebant propterea dicit
litigabant ergo iudei. Primo murmurabant
sed modo litigabant quia aperto et alto ser-
mone contencioni litigiosi erant iudei qui
non debent esse servi dei unde 2a Thimo.
2o servum dei non oportet litigare sed mansue-
tum esse ad omnes. dicentes quomodo
potest hic nobis carnem suam dare ad man-
ducandum quasi diceret hoc est impossibile. ipsi
sic intelligebant sicut petebat scilicet nicodemus
quomodo potest homo nasci cum sit senex numquid
potest in ventrem matris sue iterato intrare
unde stulte hoc petebat unde Crisostomus quomodo
potest etc. dicere potest propter quid in panibus
non dixisti quomodo quinque panes in tot
extendit. Dixit ergo eis ihesus. postea
est iudeorum litigacio hic ponitur doctrine
confirmacio. Confirmat igitur quod diceret car-
nem suam esse panem hoc ordine. primo
ponitur manducacionis carnis ihesu
necessitas. 2o manducacionis utilitas. 3o
refectionis veritas. 4o dignitas. primo
igitur ostendit manducacionis necessitatem
quia sine illa non est salus propter quod dicit
Amen amen dico vobis in veritate nisi
manducaveritis carnem filii hominis tamquam
vivum panem et biberitis eius sanguinem
tamquam vivum potum non habebitis vitam in
vobis vitam scilicet gratie de qua dicitur in
ps. vivifica me secundum eloquium Augustinus
de spiritu christi non vivit nisi corpus christi
Si ergo vis vivere de spiritu christi esto in
corpore christi. Qui enim manducat corpus
christi est in corpore christi. quem ergo non
manducat non vivit quia dicit inferius
Qui enim manducat carnem meam
in me manet et ego in eo. Secundum man-
ducat. Et hic tangit 2m scilicet mandu-
cacionis utilitas quia qui manducat
carnem vivificatur in anima et corpore

Unde dicit qui manducat meam car-
nem et bibit meum sanguinem habet vitam eternam habet
inquam inicio vel habet quia iam quodammodo
hic incipit. ysa. 12o. Audite audien-
tes me et comedite bonum et delec-
tabitur in crassitudine anima vestra et fe-
riam vobiscum pactum sempiternum et vivet
anima vestra / Dat etiam vitam corporalem
unde et subdit Et ego resuscitabo eum
in novissimo die / In illa hora de qua
Jo. 5o. venit hora in qua omnes qui in
monumentis sunt audient vocem filii
dei qui bona fecerunt in resurrectionem vite qui
vero mala egerunt in resurrectionem iudicii et
procedent etc. / Caro mea vere est cibus
Hic tangit 2m scilicet refectionis virtutem
Vere enim reficit caro ihesu christi quia vere
est cibus et ideo vitam dat propterea
dixit caro enim mea vere est cibus.
Ita vere dixi quod habet vitam qui manducat
eam caro enim mea vere est cibus non
fantasticus sicut cibi corporales qui ad
momentum reficiunt et deficiunt et sanguis
meus vere est potus quia sitim amplius
non / Jo. 6o. qui venit ad me non esu-
riet et qui credit in me non sitiet
unquam / Et quia caro eius sit verus cibus
reficiens et vivificans / Ostendit cum dicit
Qui manet in me vivit per me / Quia
qui manducat carnem meam manet in me et
quod qui manducat meam carnem vivit
per me huius sermonis primo ponit
verum cum dicit qui manducat meam
carnem spiritualiter manducando et bibit
meum sanguinem per dilectionem prima Joh. 4o qui
manet in caritate in deo manet
et deus in eo etc. / Et ego in eo per inhabi-
tacionem infra 14o. Si quis diligit me
sermonem meum servabit et pater meus
diliget eum / et ad eum veniemus et mansionem
apud eum faciemus possunt inducere unde

dit per locutionem maiorem illius scilicet est qui
manet in filio vivit per illum / hec maiorem
manifestat in sequenti sicut misit me vivens
pater et ego vivo propter patrem
scilicet quia ab ipso vitam habeo / Jo. 5o. Sicut pater
habet vitam in semetipso et hoc a patre in
ipso manente / Infra 14o. Ego in patre et pater
in me est / et ex hoc maior habetur qui
manet in me etc. et ex hoc infertur
conclusio et qui manducat me et ipse vivet propter
me quia scilicet manet in vita manducando
me propter me quia sicut infra 11o. dicitur Ego
sum vita etc. et vivit etc. / Hic est panis etc.
Hic tangit 3m scilicet refectionis dignitatem
qua excellit illam priorem refectionem
quam ipsi laudabant et quia nobilior et quia
permanentior / nobilior quia iste de celo
unde dicit hic est panis qui de celo
descendit Exod. non moyses dedit
vobis panem de celo / et ita nobilior est iste
panis est et permanentior / quia ille corporaliter
confortabit temporaliter Iste vero eternaliter unde
dicit non sicut patres vestri manducaverunt
manna et mortui sunt / et ita temporaliter
confortati / quia in quadraginta annis omnes consumpti
fuerunt quando illi etc. tamen etc. filii
vestri erunt vagi in deserto / Iste eternaliter
unde dicit qui manducat panem hunc vivet
in eternum / Iste scilicet qui digne manducabit
vivet in eternum quia sicut dicit apostolus Cor. 11
Qui manducat et bibit indigne iudicium sibi manducat
et bibit qui manducat digne vivet in eternum
Sepe permittit vitam eternam et ut aspe-
rat (?) aliud illud / et ut ab amore terrene
vite eos abstrahat ad eterna / Sicut
enim dicit apostolus (?) 10 qui amat animam
suam plus quam me non est me dignus
Deinde 20 elige et vivat / Et venit de
litigacione iudeorum de qua querit
Crisostomus unde est hoc quod supra in occul-
to murmurabant sed modo litigabant

magistro Ricardo ad hoc quod est ex duplici causa [?] tum quia mali hereses et seductores et discipuli imperiti presumunt que isto magistro literas explicare [?]; tum quia illud quod supra dominus erat de divinitate et si videretur filius tamen non erat incarnatus sed quod iam dixerat de carne sua manducanda non tamen fuit [?] sed in sinu [?] et in mundo quod in dei refugium [?] ligabat.

q° pa — Secundo querit hic de manducatione corporis Christi et carnis sue et quod non manducatur videtur quia quod manducatur atteritur et masticatur sed caro Christi impassibilis dentibus non potest atteri ergo nec manducari. Item quod manducatur in manducantem convertitur sed corpus Christi non convertitur in nos sed nos in ipsum ergo ipsum non manducamus sed ipse nos. Secundo in manducatione duo sunt que requiruntur scilicet masticatio incorporatio et conservatio. Masticatio est

q° e manducatio — duplex secundum duplicem manducationem sacramentalis et in hac est masticatio sacramentalis quia ipsius masticatio est manducatio sacramentalis. Est et manducatio spiritualis et in hac est masticatio spiritualis que est spiritualis discussio per fidem. Est igitur unus incorporatio quia corpus Christi incorporatum est etiam conservatio que per Christi spiritum conservamur sicut membra corporis per animam. De hiis dicit Augustinus: O sacramentum pietatis, O signaculum unitatis, O vinculum caritatis. Qui vult vivere accedat credat incorporetur vivificetur. Per hoc patet primum quia ibi est masticatio non carnalis sed spiritualis vel sacramentalis. Secundo obicit quod non nos incorporet. Dicendum quod ultimus effectus cibi est conservare et quia et si nos incorporemur Christo manducando quia in manducando

conservamur per ipsum vere ipse dicitur cibus [?].

q° 2a — Item queritur de hoc quod dicit nisi manducaveritis etc. Ex hoc videtur quod sacramentum eucharistie sit necessarium et quod non sumentes potest salvari. Contra: aut intelligit de vita gratie aut de vita glorie. Gratie non quia qui digne vult accedere prius debet habere vitam gratie, ergo ea non habet per ipsam manducationem. Nec vitam glorie quia si potest habere vitam gratie sine manducatione potest et glorie. Videtur ad hoc primum Augustinus quod credere est manducare unde dicit: para dentem et ventrem, crede et manducasti. Ad hoc igitur intelligendum quod est manducatio spiritualis et est manducatio sacramentalis. Spiritualis est per fidem et caritatem. Sacramentalis sub sacramento. Sine sacramentali potest esse salus non sine spirituali quia est de institutione sacramenti, spiritualis est de necessitate. Secundo obicit de parvulis baptizatis qui salvantur nec unquam manducaverunt sacramentaliter nec spiritualiter. Item addit manducationem carnis potum sanguinis ergo sine potu sanguinis nullus salvatur sed soli sacerdotes sumunt sanguinem ergo ipsi soli salvantur. Secundo dicendum quod sicut dictum est duplex est effectus manducationis scilicet incorporatio et conservatio. Nullus salvatur nisi membrum Christi sit et non conservetur a deo sive a Christo. Unde sine effectu manducationis nullus salvatur. Ideo dicitur manducatio necessaria quia vero in parvulis divina largitate potest esse effectus manducationis sine manducatione ideo salvantur et sine manducatione quantumcumque. In adultis vero non potest esse incorporatio sive corporis conservatio sine manducatione spirituali que est per fidem et caritatem sed potest esse sine sacramentali.

ideo hec est nutria adulti / Sacramentaliter
vero et si non sit de necessitate tamen utilitatem
prestat utilitatem / quia virtute sacramenti
augetur in nobis omne bonum. Et 2o
obicitur de carne et sanguine exponit
Augustinus de potu et cibo spirituali unde
vult intelligi cibum et potum societatem
corporis et membrorum que est sancta ecclesia
in predestinatis et vocatis sanctis et fideli-
bus eius extra quam nullus salvatur
Item de utilitate queritur circa man- questio 3a
ducationem quia multi enim manducant
qui tamen moriuntur et dampnantur sicut Iu-
das. Item sicut filius vivit propter patrem
viventem sic dicitur in littera quod nos vivimus
propter filium sed filius non manducando vivit
ergo pari ratione et nos. Aut si nos man-
ducamus filium quare non manducat ipse
patrem. Responsio. Dicendum ad primum quod duplex
fuit ex isto verbo heresis exorta una
que dixit quod quicumque est manducans Christi
corpus non potest dampnari dummodo tamen
credens manducaverit sed hec est contra
manifeste per Iudam. Alii dicunt quod qui
semel digne manducaverit postea numquam
dampnaretur hec manifeste falsa quia sicut
per scripturam probatur sicut multi fuerunt boni
in ecclesia qui postmodum sunt dampnati
Ideo catholice intelligendum est quod qui manducat
sed digne [perseveravit] et ab illa dignitate non
recedit vivet in eternum. Ad 2m dicendum quod
ad 2m non est omnino simile licet adducatur propter
similitudinem. Filius enim dicitur vivere propter patrem quia
a patre habet vitam et quia manet in patre
sed non quia participatione patris fiat meli-
or. Nos non vivimus propter filium quia ab
ipso habemus vitam et a filio manente
in nobis et participatione eius melio-
res simus / ideo quia non manet in nobis

non propter manducationem ideo manducamus [ut] vivamus
et meliores efficiamur. Item queritur questio 4a
de dignitate huius manducationis. Dicitur
enim quod manducantes hunc panem non
morientur sicut manducantes manna comederunt
hoc autem intelligitur de vita spirituali
aut corporali. Si de spirituali non dicitur quod
patres nostri qui comederunt manna non
sunt spiritualiter mortui. Si corporaliter sed
qui manducat hunc panem non vivit
corporaliter sed moritur / Si dicas quod indigne
manducaverunt manna sicut mortui sunt spiritua-
li morte et hos vocat patres eorum
Sed indigne manducantes corpus
Christi spiritualiter moriuntur morte spirituali / Quare
corpus Christi. Si enim manducat indigne indi-
gne manducat et bibit. Preterea queritur
quid est manducare indigne. Responsio dicendum
quod cibus iste proportionatur illi cibo spirituali
ratione unificationis dicendum / tamen quia ille
non poterat unificare nisi per istum quem
significabat ideo dicendum de manna quod omnes
eandem escam spiritualem manducave-
runt sicut dicitur Corinthios x. Et quia solum ad illum
habebant oculum mortui sunt spiritualiter quia
tamen carnaliter gustaverunt. Ita videlicet
Augustinus. Aliter dici potest quod manna ordina-
batur ad confirmationem vite corporalis /
sed hec ad confirmationem vite spiritualis
Et vult dominus dicere / quod ille panis se-
cundo vitam corporalem contrahebat / ad
tempus sed iste vitam spiritualem conti-
nuat in eternum / digne assumentibus
et ideo iste est dignior / Indigne
non accipientes peccant et convertunt
eis panem in venenum et isti sunt
qui remorsum habent mortalis peccati non
quia peccant / est exemplum quia tamen
hospitem inducunt in tam vili hos-
picio eius cum digne accipiatur

docet Aug(ustinus) Innocentiam ingerit ad al-
tare apportate peccata si sint cottidiana
vel saltem si sit mortifera. Cum ergo ad
altare acceditis dicatis dimitte nobis
debita nostra etc. tunc secure accedite
panis est non venenum. Sequitur
Hec dixit in synagoga do-
cens. Postquam posita est instructio confirmatoria
propter iudeorum litigium hic ponitur expla-
natio propter discipulorum scandalum et proce-
dit hoc ordine. Primo enim innuitur
discipulorum murmuratio. 2° obmurmurationis
doctrine explanatio. 3° redditur mur-
murandi ratio. 4° non credentium retroces-
sio. 5° credentium confirmatio. 6° confirma-
torum discretio. Discipulorum murmuratio
erat ex hoc quod dixerat carnem
suam dari ad manducandum et quod hoc non
est falsum propter quod dicit Hec dixit in
synagoga docens in capharnaum
i. in congregatione ubi erant multi. Similiter
infra 18. Ego semper docui in synagoga.
Multi ergo ex discipulis eius audientes
dixerunt scilicet de manducatione carnis
dixerunt Durus est hic sermo i. crudelis
et inhumanus quia humana carne manducare.
Quis potest eum audire. ita dicit crudele
audire propter horribilitatem. ideo non poterant
audire quia aures eorum aggravate erant.
Iuxta illud ysa. 6° Excaeca cor populi huius
et aures eius aggrava. Sciens autem
ihesus. Hic tangitur secundum scilicet propter murmurationem
doctrine explanatio et licet murmuratio esset
in occulto tamen domino ihesu non late-
bat unde dicit Sciens autem ihesus
apud semetipsum quia murmurarent de hoc
discipuli eius non relatione aliqua cogno-
vit sed apud se infra 16. Dixerunt
ei discipuli eius nunc scimus quia scis
omnia et non est opus tibi ut quis te
interroget. Sciens ergo murmurationem eorum
et volens eam abscondere explanat quod

dixerat hoc non esse intelligendum sed spiritualiter.
Ostendit ergo quod non est carnaliter intelligen-
dum quia falsum, tum quia inutile. Propterea dixit
eis Hoc vos scandalizat. Hoc scilicet dixi
de manducatione mee carnis quia car-
naliter ipsum dicendum creditis sicut pharisei
audito hoc verbo scandalizati sunt et
hac fide unde subdit Si ergo videritis
filium hominis ascendentem ubi erat prius.
Defectus est ostensio unde supplenda
est tunc scietis quia caro non est consumpta
dividenda sed totus integer et in celo.
Aug. totus integer est in celo,
manet integer sub sacramento manet
integer in corde tuo. Non solum intellectus
eorum erat falsus sed inutilis unde dicit
Spiritus est qui vivificat caro autem
i. carnalis intelligentia non prodest
quicquam. 2 Cor. 3° littera occidit spiritus
autem vivificat et ideo non sunt verba carnaliter
intelligenda quia non prosunt sed spiritualiter
ut sic prosint. Verba que locutus sum
vobis spiritus et vita sunt quia spiritualiter
intellecta vivificant. Heb. 4°. Vivus
est sermo dei et efficax vivus est qui
vivificat credentes. Non in solo pane
vivit homo sed in omni verbo quod procedit
ex ore dei. sed non vivificat nisi spiritualiter
intelligentem unde Aug. intelligite
spiritualiter spiritus et vita sunt. Intellexisti
carnaliter nec spiritus nec vita sunt.
Sed sunt quidam. Hic tangitur 3m scilicet mur-
murationis ratio quia scilicet discipuli mur-
murabant quia fidem non habebant
sed hoc non omnes sed quidam qui adeo
electi non erant. Propterea dicit Sunt quidam
ex vobis. Ista sunt verba spiritualiter intellecta
sed quidam ex vobis non intelligit unde
qui non credunt et hoc non dicit ex
coniectura sed ex certa scientia. Propterea dicit
evangelista Sciebat enim ab initio ihesus

qui essent credentes super 2° ipse enim
sciebat quid esset in homine et quis traditurus
eum esset. Crisostomus 44°. occulte dicit multo
plus hirudiores esse vnde non fuit tam
dictus ut ignorans quadmodum alii
hereses ideo hoc dicit euuangelista ne vi
deatur xpistus deceptus admittendo dis
cipulos instabiles et discipulos insidian
tes ut proditorem / vnde autem quare non crede
bat erat / quia hoc essent vocati exterius
et secundum presentem iusticiam / non tamen secundum eleccio
nem eternam / et hanc rationem supra dixit /
et repetit / et dicebat / propterea dixi vobis
nemo potest venire ad me nisi datum
fuerit a patre meo supra eodem nemo venit
ad me nisi pater traxerit eum / venire
enim ad filium datum est optimum / et donum
perfectum 1° de sursum Jacobi primo / secunda
Ex hoc multi discipulorum / hic tangitur
secundum scilicet non credencium retrocessio vnde
dicitur ex hoc .i. post hoc vel ex hoc .i.
occasione huius increpacionis vel insti
tucionis multi discipulorum eius abierunt
retro non per imitacionem sicut dictum est
de petro matthei 16° vade post me sathana
sed per indignacionem vnde non tantum corde
recesserunt sed etiam corpore / vnde dicitur et
iam cum illo non ambulabant / vnde multi
retrocesserunt et pauci remanserunt
quia secundum illud matthei 20° multi sunt vocati
pauci vero electi ad regnum dei ideo
pauci sunt qui non retrocedebant secundum
illud luce 9 nemo mittens manum
ad aratrum et aspiciens retro aptus
est regno dei / Dixit ergo ihesus
ad duodecim hic tangitur 4m scilicet re
dencium et electorum confirmacio et hec con
firmacio est in fideli confessione petri / quia
rogauit eum dominus a duodecim quos spe
cialiter elegerat numquid et vos vultis abire

me derelinquendo sicut isti qui vnde secundum quod
predicatores fuerunt Jeremie 2° me dere
liquerunt etc. Et querit hoc non quia dubi
tet sed ut fidem petri in exemplum firmet / ad
ducit Respondit ei Symon petrus domine
ad quem ibimus quasi dicat non volumus abire quia
tamen talem non possumus invenire presertim cum non
est talis tamen in diis domine sicut tu hoc
verba vite eterne abire vnde dicit verba vite
eterne habes aliis non credentibus earum
dura et mortificancia sed petro et aliis
credentibus erant vita et ideo subditur
et nos credimus et cognovimus quia tu
es xpistus filius dei / talem confessionem
fecit matthei 16. Tu es xpistus filius dei vi
qui in hunc mundum venisti / credimus
dicit et post cognovimus quia fides est
et in cognicionem / nisi enim credideritis
non intelligetis ysaie 7. Respondit eis ihesus
hic notatur 6m scilicet remanencium discre
cio / ondit dominus ihesus / quod et si vnus de duo
decim recedet non tamen omnes fideles
permanent sicut quod dicit Respondit eis ihesus
scilicet confessioni petri qua pro omnibus invocat
Nonne ego duodecim vos elegi / et ex
vobis vnus dyabolus est Judas dictus dyabolus quia
propria dyaboli suggestio consensit
petrus de iuda dicit / constituens super
eum peccatorem / vnde nota de malicia
ut ceteri timeant / et exponit euuangelista
de quo intelligebat .scilicet de iuda vnde
dicit Dicebat autem de iuda scarioth
hic enim erat traditurus eum cum
esset vnus de duodecim hoc dicit
ut ceteri timerent / ut innuerent in
de aliis qui recesserat quia non ita
specialiter electus erat / De hac electione
12. dicitur matthei 10 et convocatis 12
dedit eis potestatem etc. luce 12.
ex ipsis etc. / electio ista prefigurata

Marginalia: lectio; ex parte; fonte aqua vive; lectio; questio 2a; quare secundum fidem confessionem etc.; lectio; questio 7a; questio 8a; ad diversa ... Jacobi

ysa... quod ihesus ... audit ... in ... / ... ... /

est 2o posite eliget 12 unos singulos

Item queritur de hoc quod dicit si videritis filium ascendentem ubi erat prius / hoc non potest dici secundum humanam naturam quia secundum illam non erat prius in celo sed verbo secundum divinam quia illa adhuc erat in celo cum loquebatur unde supra 3o nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo filius hominis qui est in celo. Unde quod illud dicitur est filius dei secundum divinam naturam / post carnis assumpcionem in qua videbatur et humiliata ad seipsam cum assumpcionem quia tunc non poterat cogitari tamquam infirmus / idem est ergo ac si diceret si filium hominis videritis ascendere i. cum clarificatus credatis prius esse celestis

Item queritur de hoc quod dicit caro non prodest quicquam / si enim non prodest quare non debet dari ad manducandum nec est verus cibus propter hoc dicunt heretici quod verba ista intelligenda sunt spiritualiter ita quod non carnaliter nec intelligendum quod ad litteram sumamus carnem Christi sub sacramento sed dicunt discipulos suos fuisse reprehensos qui hoc cogitabant unde dicunt non esse in sacramento altaris nisi sicut in signo sed pessime intelligunt quia dum renuunt carnem fugiunt vitam. Si enim verba Christi spiritualiter sunt intelligenda tunc intellectus debuit esse verus propter hoc dicitur quod caro quam traxit de gloriosa virgine maria est verus cibus / quod autem dicit quod non prodest aliquid intelligitur dupliciter vel quia non prodest sine spiritu sicut enim carbo non calefacit nisi ignitus vel igneus unitus sic caro Christi si separetur a verbo non accedit sed ita coniuncta est tamquam ignitus carbo / Aliter videtur quod caro non prodest secundum carnalem intelligentiam sicut intellexerunt quod Christus carnem suam daret dividendo sicut carnes in macello et male masticando sub forma carnis talis namque intelligentia non prodest sed quod vera caro [illegible] in sacramento comeditur / Item queritur de responsione petri quare petrus solus respondit et magis quam alii / Item quare non est laudata eius confessio sicut supra 16 [illegible] videtur quod meritum fuit suum quod pro multis et ipse pro omnibus loquebatur / Unde dicendum quod petrus omnibus fuit fervencior sicut patet in verbis suis et audacter domino ihesu loquebatur alii non ita audebant et ideo erat [illegible] apostolorum et in querendo et in respondendo et ideo pro omnibus respondet / Ad aliud dicit Crisostomus quod respondit hic pro omnibus et quia fides inde non erat laudabilis ideo laudata non est / nec tamen est meritum licet sic dixerit quia propter errorem despiciebant verbum incarnandi de suis discipulis / Item queritur de hoc quod dicit unus ex vobis dyabolus est / dicit Crisostomus quare non sunt contristati sicut infra 13o cum dixit unus vestrum me tradet / Unde quod infra non tamen sunt contristati pro culpa quam pro domini ihesu iniuria que erat a discipulo suo inferenda hic autem solum exposuit maliciam

Item queritur quare non abiecit eum ex quo dyabolus erat et sciebat quod futurus esset malus / Unde dicit Augustinus quod malis operibus bene utitur deus sicut homo male utitur bonis / ideo eum reprobum elegit iudam ut per eum dispensacio divine [illegible] in salutem mundi impleretur Et ut ostenderetur [illegible] potencia dei quod tamen iniquum in tanto officio sustinebat Et ut nec glorietur de pari vocacione

Post haec ambulabat ihesus 7

Dominus ihesus ostendit supra se creatorem et reparatorem hic incipit

3a ps in qua se manifestat et ondit
directorem et illustratorem et h[abe]t ps
ondit usq[ue] ad undecimum capitulum d[omi]n[u]s
ihesus ondit se lucem et directorem
c[ap]p[itu]li p[rim]o v[er]o doctrine / 2o miraculo pone[n]s
in p[ri]n[cipi]o 9 ibi Et preteriens ihesus vidit
h[omi]i[n]em cecum / 3o exemplo bone vite in p[ri]n[cipi]o
10 Amen a[men] d[ico] vo[bis] qui non intrat
p[er] hostium / p[ri]ma igitur ps in qua mani
festat se directorem v[er]o doctrine continet
2o capitula s[cilicet] septimum et octauum / et diuiditur
in duas / q[uia] primo tangitur doctoris pa
lacio / 2o doctrine comunicatio ibi Nonne
moyses dedit vobis legem etc / doctoris
aut[em] palacio vel manifestatio necessaria
erat ad hoc q[uod] doceret et q[uia] precesserat
eius occultatio ideo / primo agitur de
doctoris occultacione / 2o de occulti ma
nifestatione ibi Iam aut[em] die festo me
diante etc / doctoris igitur primum occultatio
hoc ordine describitur / q[uia] cum facta est p[ro]p[ter]
iudeorum persecutionem ideo primo insinuatur
iudeorum perfidia ad persequendum / 2o consang
wineorum vanitas ad honorem persua
dendum / 3o xpi humilitas ad latendum / p[rim]o
iudeorum incomposicio ad grecos vero / Insi
nuatur ergo primo iudeorum perfidia ad p[er]
sequendum p[ro]p[ter] quam d[omi]n[u]s ihesus in galilea
stabat et iudea relinquerat vitans fu
rorem persequentium propterea dicit post hec
s[cilicet] que dicta sunt de miraculo panum et
doctrina ihesu xpi / ambulabat ihesus in
galilea q[uia] ibi non erant ita zelato
res legis / ac p[ro]p[ter] hoc nec persecutores
non enim volebat in iudea ambulare /
et non reddit q[uia] querebant eum iudei inter
ficere / a dyabolo excitati / cuius figura exo
2o querebat pharao occidere moysen
qui fugiens etc / hoc vitando / vero sinistrorum
perseq[ue]ntium vitat doctrina / 2m illud ag[ebat]

Ma[nifestat]... ... manifestatus est in terra madian ... et sedit super puteum /

10 Cum vos persecuti fuerint in una
ciuitate fugite in aliam /

Erat autem in proximo etc /
2m Hic notatur 2m s[cilicet] consanguineorum vanitas /
ad persuadendum honorem t[e]rrenum et vanum /
et notatur persuadendi accipiunt ab oportuno
tempore / edificatione proximi / et exaltatione sui
nominis / oportunum tempus adeat / vnde dicit
Erat aut[em] in proximo dies festus iudeorum
scenophegia / erat festum tabernaculorum /
q[uo]d debebat fieri in septembri / s[ecundu]m illud
leuitici 23 mense septimo festa cele
brabitis et habitabitis in tabernaculis et
umbraculis / ex hac oportunitate fit
ei persuasio vnde dicit Dixerunt aut[em]
ad eum fratres eius / transi hinc et vade in
iudeam / fratres ihesu xpi erant d[omi]ni ihesu
cognati vel consanguinei in 2o gradu
et s[ecundu]m eusebium fuerat Iacobus et iudas
qui erant fratres d[omi]ni s[ed] melius est q[uod]
erant alii cognati p[ro]p[ter] hoc quam sequitur
credebat est eum q[uia] apostoli isti duo
credebant in eum / Nota q[uod] est fr[ate]r-
nitas / sicut omnes fratres xpi sumus / ps
Narrabo nomen tuum fratribus meis /
2 affectione / sicut habetur mt 12 quicumque fecerit fratres
mei omnes qui enim fecerit voluntatem
patris mei qui in celis est ipse meus
frater et soror et mater est / Cognatione
3 sicut consanguinei ut Iacobus gala p[rim]o
Iacobum fratrem domini / et notatur persuasio
nis alia addunt / proximi edificationem /
p[ro]p[ter] quod dicunt ut discipuli tui videant
opera tua que facis / discipuli maxime
illi qui scandalizati recesserant
ut videntes magis que faciebat
in galilea iterum redeant / De hiis
dictum est supra 6 multi ex discipulis
eius abierunt retro / s[ed] notatur 3a
subdunt nominis s[cilicet] manifestationem

nemo quippe in occulto aliquid facit et
querit in palam ipse esse. Propterea id est
tales ad hunc non reciperent a considera-
racione ypocritarum de quibus dicitur Mt 23o
omnia opera sua faciunt ut videantur
ab hominibus. Ideo dicebat si hec facis
manifesta te ipsum mundo i. si ista sunt
que facis miracula ut deus manifesta
te ipsum. Dubitando hoc dicit et racionem
reddit evangelista. Neque enim fratres
eius credebant in eum. Supra 4o Nemo
propheta in patria sua honorem non habet. Et
supra primo In propria venit et sui eum non
receperunt et hoc propter familiaritatem. Hac de
causa quia familiaris erat fratribus suis non
3 credebant in eum. Dicit ergo eis ihesus.
Hic tangitur 3m scilicet christi humilitas
in latitando propter quod se apud eos excu-
sat primo a defectu temporis optimi. Non
enim erat tempus optimum scilicet ad mani-
festacionem propter quod dicit Tempus meum
nondum advenit scilicet manifestacionis
mee et ego congruitate temporis considero.
Unde in psalmo Cum accepero tempus ego
iusticias iudicabo. Ecclesiastes 3o Cuncta
fecit deus bona in tempore suo. Tempus autem
vestrum semper est paratum i. glorie mundane
quam affectatis. De quo tempore Ecclesiastici In
die honoris non desideramini. Ecclesiastici 11
nec in die honoris tui ne extollaris.
Sit igitur non michi sed vobis est op-
portunitas temporis non michi est sed vobis
est exaltacio glorie temporalis. Unde dicit
Non potest vos odisse mundus vituperan-
do quia ipsum et gloriam eius diligitis.
Me autem odit in honorando. Galatas ultimo
Michi mundus crucifixus est et
ego mundo. Quia ego testimonium perhibeo de illo quia opera
illius mala sunt vitando et increpando.
Sap 2o Contumelia ... iniustus quia

inutilis est nobis et contrarius operibus
nostris improperat nobis peccata legis et diffa-
mat in nos peccata discipline. In extremos
7o Odio habuerunt corripientem in porta.
Ideo dixit quidam Odium verus parit.
Quia ergo nos mundus non odit vos
ascendite ad diem festum hunc. Quia non odit
me et persequitur. Ego autem non ascendo
ad diem festum istum quia meum tempus
nondum impletum est in quo pati de-
beam. De quo supra 2o nondum venit
hora mea. Sic in incarnacione observatur
temporis plenitudo sic et in passione
temporis aptitudo. Galatas 4 At ubi
venit plenitudo temporis etc. Et sic apud eos
se excusavit ut posset latenter ascen-
dere. Unde et post eos solus ascendit
non instigatione multitudinis comita-
tivorum et addixisset i. se apud
fratres excusasset ipse mansit in gali-
lea donec ascenderent fratres eius.
Ut autem ascenderunt fratres eius tunc
et ipse ascendit ad diem festum non
manifeste sed quasi in occulto. Ideo in occulto
ut humanam ostenderet infirmitatem et sic
imbueret eos ad fidem vel in occulto
ut doceret vanam vitare laudem Mt
6o Pater tuus qui videt in abscondito reddet
Gregorius Ita fiat opus in manifesto quod
intencio maneat in occulto. Iudei
autem querebant eum. Hic tangitur 4m
scilicet iudeorum curiositas ad querendum christum
cum latenter ascendisset quia prius ma-
nifeste ascendebat. Ideo dicit Iudei ergo
querebant eum in die festo quia tunc
conveniebant ascendere et ex odio querebant
Unde subdit Et dicebant ubi est ille
non eum proprio nomine nominant ex odio
vel contemptu. Unde dicitur Sap 2o

sentire de deo in bonitate et in simplicitate
cordis quere illum et quia hec manifeste
tacita fiebat collatio de absente unde
dicitur murmur multus de illo erat
in turba et oriebatur ex hoc inter eos
contentio unde subdit quidam enim
dicebant quia bonus est nam primus alii
autem non sed seducit turbas et isti e-
rant pharisei maiores qui vocaverunt
eum seductorem luce 23. Recordati
sumus quia seductor ille dixit mat. ult.
numquid et vos seducti estis et hec con-
tentio erat tamen sub murmure non ma-
nifesta unde dicitur nemo tamen palam loque-
batur de illo propter metum iudeorum sicut
eum de iustitia qui conspiraverant iudei
ut si quis confiteretur christum extra synago-
gam fieret ideo timebat et non contra
quia 10 nolite timere eos. Secundo queritur
hic cum dominus venisset non tamen doce-
bat et pati videtur quod propter passionem vel
persecutionem iudeorum non debuit a doctri-
na cessare ergo nec iudeam relinquere ubi
maxime locus erat doctrine. Ad dicendum
quod dominus ihesus et si pati vellet et pati
non timeret tempus tamen passionis congruum
prefixerat et ante illud mori per se
congruum sede non volebat et ideo in
iudea non ambulabat. Tercio queritur
cum iudei tempus dilatum a
domino ihesu non possent prevenire videtur quod ante
illud non possent in eum manus mittere
ergo nec propter hoc debuit se absentare
Ad dicendum quod se manifestavit bonis
ut tamen celaret malis sed et etiam sic
se occultavit malis ut tamen non lateret
bonos et ideo aut vincit per potentiam
aut per prudentiam sicut dicitur Iob 26
et prudentia eius percussit superbum et io

quinus potentia posset visibiliter malum
tamen sapientia declarare. Alia ratio est ut
in se ostenderet utramque naturam ideo aliquando
potentiam aliquando infirmitatem ostendebat
unde alia litera habet non enim potestat in iu-
dea ambulare. Tercia ratio est nostra instruc-
tio ut non mirentur si viri sancti timent et
declinant pericula nec et de nobis ipsis
desperemus. Item queritur de hoc quod dicit
ego non ascendam et postea dicit quod cum
illi ascendissent tunc et ipse ascendit
videtur quod faciat contra id quod promiserat
Ad dicendum ad hoc multipliciter. Primo sic ego non
ascendam id est vobiscum vos autem ascendite
sed hec expositio habet contrarium scilicet
noluit ascendere cum eis. propter hoc videtur
alii et faciunt vim in hac quod dicitur
ad diem festum hunc i. ad primum diem
qui erat solempnior sed ad dies intime-
dios sed hoc sibi habet contrarium quia non
ascendit ad primum diem. Ideo tercio ex-
ponitur quod sermones accipiendi sunt secundum
naturam et dominus videbat quasi homines
se manifestaret propterea dicit non ascendam
ad me ipsum manifestandum ideo dicitur in litera
quod non ascendit in manifesto et ideo non ascendit
cum fratribus nec in primo die ne absconsus eius
esset manifestus. Item queritur de ...
dominum ihesum qua dicit tempus meum non-
dum advenit quoniam hoc non debeat
intelligi de fato videtur tamen quod opus domini
a tempore dependeat quod videtur inconveniens cum
sit conditor temporis. Ad dicendum duo quod duplex
est domini operatio una secundum divinitatem
et hec a tempore non dependet alia non
secundum humanitatem et hec circa tempus requirit
et hec erat operatio redemptionis et quantum
ad hanc dicebat tempus meum nondum

uenit aliis videtur quod de estiuo tempore span
hoc est ampliter uel ex indigencia uel ex gra
cia. primo arbores in estate tempore
de estiuo fructificat. 2° dominus misertus
et mediat et saluat unde quod tempore pascale
redemptor noster optime congruebat ut hoc
in ewangelio primum optiam conuenienter significet
tempore pascale expectabat. Ewangelium

Iam die festo mediante

Postquam actum est de occultacione ihesu
xpisti hic agitur de doctrina eius in propala
cione qui sepius latitaverat et procedit
hoc ordine. primo ponitur doctrina propalata
in docendo. 2° iudeorum ammiracio in audi
endo. 3° doctrine commendacio in uidendo
ponitur ergo primo doctrina propalata per
Ver quod dicit Iam die festo mediante et
hec fuit 4 dies sicut dicit glossa que
est media septem dierum ascendit ihesus
in templum et docebat in loco publico
non occulto ne suspecta esset doctrina
infra 8° ego palam docui in synagoga et
in templo quo omnes iudei conueniunt
et in occulto locutus sum nichil Et mira
Lu bantur iudei hic tangitur 2m scilicet iudeorum
ammiracio. causa ammiracionis erat sicut
dicit augustinus quod iudei videbant eum litteras
discentem et audiebant eum de lege
Et disputantem. per quod dicitur Et mirabantur
iudei dicentes quomodo hic litteras scit
non didicit. unde poterat dominus dicere
prouerbiorum 30. Sapienciam non didici et nouj
sciencia sanctorum. luce 2°. mirabantur super
prudencia et responsis eius Respondit
Lu eis ihesus et dixit. hic ponitur 3m scilicet
xpisti responsio qua ammiracionem eorum satis
fecit. ostendens se non habere scienciam per
acquisicionem sicut habent alii homines sed a
sua origine. per quod dicit mea doctrina

non est mea. i. a me uel
ad meam gloriam uel a me acquisita sed
eius qui misit me. i. a patre qui misit
me cuius eciam quod ego filius a patre accepit
supra 5°. non possum facere a meipso quicquam
ita nec docere quicquam. Sed quia hec responsio mani
festa non erat nisi his qui recte audi
unt scilicet his scilicet qui audiunt ut faciant dicit
propterea. Si quis voluerit voluntatem eius scilicet Lu
dei patris facere. cognoscet de doctrina utrum
ex deo sit an ego a meipso loquar quia
aliter nec me nec doctrina mea potest
cognoscere unde ideo dicitur prima Joh primo. qui
dicit se deum nosse et mandata eius non
custodit mendax est. et sic est commendata
ab origine. est eciam commendata a fine
in hoc quod in docendo non querit gloriam
propriam et hoc manifestat sic qui a seipso Lu
loquitur propriam gloriam querit sed qui querit
propriam gloriam mendax est quia alienum sibi
usurpat ysaias 48 Gloriam meam alteri non
dabo. sed ego in docendo propriam gloriam non
quero sed quero gloriam eius qui misit me
ideo doctrina mea verax est. propterea
dicit enim aut verax est querit gloriam Lu
eius qui misit illum hic verax est et in
iusticia in eo non est. Sed propter gloriam dei
quesiuit non suam studuit quia ei omnis
gloria debetur prime thimothei ultimo Regi seculorum
et verax et iustus quia e contrario usurpat
sibi alienum honorem et iniusticia
sic usurpabit antexpistus de quo dicitur
2e thessalonicensis 2°. extollitur et extollitur
supra omne quod dicitur deus Sed quia hic Mo
cum dominus occulte iherusalem ascendit propter
vitandum furorem iudeorum unde et quod
palam docet in templo. Set augustinus
quod latebat erat in exemplum quod palam
loquitur et non tenetur est indicium
potestatis alibi potest dici quod ipsa sua doctrina
cui gloria honor et imperium per sempiterna secula amen

furorem declinabat inducendo eum cor declinat in admiracionem ¶ Queritur de hoc quod dicit quod litteras non didicit et litteras sciebat / quomodo ipse sciebat quod dominus litteras sciret ¶ Item cum dominus exemplum nobis deberet dare non solum similiter in opere bonum esse in cognicione videtur / quod sicut propter nostrum exemplum fuit baptizatus et circumcisus quod deberent esse discipulis suis quod doctor enim dicas quod non potuit addiscere cum omnia sciret obicitur quod dicitur hebr. v°
didicit ex hiis que passus est obediendiam / si didicit obedienciam gre non sciebat secundum glossam quod quod dicebat ante
2º scripturas dicebat / non sciebat ipsum scire litteras / sciebat eos ipsum non didicisse quia eius educacionem ut dicit augustinus et locum et parentes cognoverant / Ad obiecta
3º quod debuit discere dico primo quod non congruit / nec ergo debuit / quia omnes passiones nostras assumere debuit preter ignoranciam et peccatum / quia nobis omnino et saluti nostre essent inutiles / nobis in hoc exemplum dare debuit quia in hoc quod disceret se ostenderet ignorantem / et tunc opus esset simulatum ¶ Contra quod dicitur de circumcisione dicendum quod erat ad distinguendum ne aliquis ritus et gentibus videretur / non observavit / de baptismo iohannis ut aquas sanctificaret et mores
3º tereret ¶ Ad obiectum ezec. quod didicit obedienciam dicendum quod discere uno modo est in ignoti noticiam per doctrinam devenire aliter discere est cognitum experiri / primo modo dicitur non dicit quia ponit ignoranciam / 2º modo didicit quia ponit passiones quas christus sibi assumpsit et expertus est ¶ Item queritur de hoc quod dicit mea doctrina non est mea quia idem removetur a se et non fit bene ¶ Item quomodo per hoc satisfecit iudeis quia similiter possem ego illud dicere

quod mea doctrina non est a me sed a deo quia omnis sapiencia a domino / secundum crisostomum quod doctrina sua dicit non esse a se in quantum sed a patre esse / unde sensus est mea doctrina s[cilicet] qua doceo non est mea sed a patre est / et in hoc satisfacit quoniam eorum invidos eos ad patrem et sedat eorum furorem per humilitatem unde doctrina sua erat quia est ipsa sapiencia per essenciam sed non dicebat esse sua quia ab alio accepit ¶ Sed non quere simpliciter dixit ego sum ipsa sapiencia sed humiliavit se / id est causas assignat crisostomus ¶ Prima ut ostendat se esse ab alio et filium non ingenitum ¶ 2a ut ostendat se non esse deo contrarium sicut erit antichristus qui extolletur supra deum quod dicitur [illegible] ¶ 3º ut ostendat se esse secundum hominem ¶ Propter imbecillitatem audiencium / id est ad docendum humilitatem iuxta illud Romanorum [illegible] noli altum sapere / aliter videtur quod questio ista solvitur secundum regulam augustini aspiciendo ad duplicem naturam ut sit sensus mea doctrina secundum divinitatem non est mea secundum humanitatem illud dicitur meum quod a nobis est acquisitum et sic satisfacit quoniam ¶
3º 3º sit sensus in hoc quod est meum aliquem dicitur libertatem possidendi et proprium efficiendi ut meus liber meus quod feci secundum hoc potest dupliciter dici vel simpliciter vel distinctive sicut et mei et in / simpliciter [illegible] loquendo doctrina ista erat domini ihesu quia eam liberius possidebat et ab ipso ad audientes emanabat sed non erat distinctive ihesu christi solius / quia et habet eandem a patre / vel aliter respondendum est triplicem meum secundum naturam vel originem / meum secundum divinam naturam vel humanam meum simpliciter vel distinctive. Sequitur ¶
Nonne moyses dedit vobis legem
Hic est 1a pars in qua agitur de doctrina

tho · no quia demo pro curacione q faceret et pro eo amplius ... vellet

gnacione et quod durius est opus sapient
manifestum in actibus et non meturi de
quibus nominat ideo primo confutat iudeorum
pusillitatem 2° doctrine sue manifestat
nobilitatem infra 8 iterum locutus est eis
ihesus ego sum lux mundi prima pars habet
4or partes primo enim confutat maligna
tes in corde 2° non obloquentes in ore
ibi dicebat ergo quidam 3° insurgentes
per potenciam ibi audierunt ergo pharisei
4° insidiantes per maliciam ibi sequitur
autem precepit malignantes ergo confutat
hoc ordine primo ponitur ipsa redar
gucio 2° iudeorum recalcitracio 3° re-
dargucionis explicacio 4° a malo
revocacio redarguit ergo dominus eos
de occulta cordis malicia quia ipsum
occidere volebat contra legis mandatum
dicens propterea dicit nonne moyses dedit vobis
quam observare tenemini per virtutem promis
sionem secundum illud exodi 20 cuncta que
precepit nobis dominus faciemus et nemo
ex vobis facit legem quia omnes estis
inutiles eciam corde cum prevaricati
estis quod ostendit revelans eorum cor
dis maliciam quid me queritis interficere cum
lex precipiat in decalogo non occides
exodi 20 et deuteronomii 5° et hec innocentem
propterea dicit cap. 1 quia quantum ad
sum exodi 23° innocentem et iustum
non occides respondit turba et cetera hic
tangitur 2m scilicet iudeorum recalcitracio
quia crimen non agnoscunt sed arguenti
cominantur propterea dicit respondit turba
non unus sed tota multitudo et dixit
demonium habes hoc et ei obiecerunt
saul. De quo 1 Re. xvj. Spus dni
recessit a saul etc. Et quis sit iste
advocatus subdit Spm veritatis q'
supple a pre pcedit dabit s' aliu
paclitum spm veritatis etc. Hinc spm
describit p'mo ad effcm. Unde vocat
spm veritatis q' docet vera sicut spus
erroris falsa. Infra xvj. Cu venerit
docebit vos omnem veritatem. Describit
2° q'o ad hospicium q' no i infidelib'
s' fidelib' nec in omib' s' spualib'
bus. Pro q' subdit Que mundus no
pt accipe. z no e q' actus e p' infi
delitate q' no videt eu cognicione
apta nec scit eu quatenus intellige'
Sap. 1. Spus s'ctus discipline effugiet
fictum z auffert se a cogitacoib' que
st absqz intellectu. Ez 1 cor. ij. Animalis
ho no pcipit ea que dei st. Vos
aut cognoscetis eu q' apud vos
manebit z in vob erit. ij. expo'.

vincenti dabo manna absconditum et in calculo nomen novum scriptum quod nemo scit nisi qui accipit de hac notitia Sap xvi nosse te consummata iusticia est et scire iusticiam tuam et virtutem tuam radix est immortalitatis et nonum quod dicit apud vos manebit et in vobis erit significans duplicem graciam scilicet preveniente et subsequentem post quam eius preveniet me Non relinquam vos orphanos hic secundo dicit et mandatorum observatoribus promittit solacium de sua visitacione ibi quod dicit non relinquam vos orphanos id est desolatos veniam ad vos visitando scilicet ad Ebr. duo angeli precedent vos in Galileam ibi eum videbitis sicut dixit vobis et sic scilicet non mittitur nisi ad bonos et sic est visitacio tamen bonis propria subdit adhuc modicum et mundus me iam non videt quia post passionem non apparuit mundanis sed apostolis Act. x dedit eum manifestum fieri non omni populo sed testibus preordinatis a deo vos autem videbitis me quia ego vivo et vos vivetis per vitam glorie que inchoatur in fide de qua Abacuk id est iustus ex fide vivit et quod hac scilicet vita fidei per spem te beatum monstrat In illa die vos cognoscetis quia ego sum in patre meo non personarum distinctione sed unitate essencie quod spectat ad fidem trinitatis Et vos in me et ego in vobis per graciam et hoc spectat ad fidem redempcionis vos in me sicut palmites in vite Io. xv Ego sum vitis et vos palmites manete in me et ego in vobis sicut inhabitator in habitaculo templum dei sanctum est quod estis vos i Cor. iii Qui habet mandata mea tamen hic iii scilicet quod observatoribus mandata promittit primum et ideo subiungit est quia ille qui servat mandata diligitur a deo et ideo beatificatur et glorificatur

Propter quod dicit Qui habet mandata mea et servat ea ille est qui diligit me quia sicut dicit Greg. probacio dileccionis exhibicio est operis unde per iusticiam illius vivis qui servat testamentum eius et memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea sicut qui servat ille eadem diligit verbo non verbo tamen sicut illud dicitur Io. in prima Io. iii Non diligamus verbo neque lingua sed opere et veritate Qui autem diligit me diligetur a patre meo et eciam a me et ego diligam eum Prov. viii Ego diligentes me diligo et dileccionem ostendam in primo unde et manifestabo ei meipsum et hoc est primum unde in ps. satiabor cum apparuerit gloria visio et tamen mens Io. xvii hec est vita eterna ut cognoscant te Dicit ei Iudas non ille Scarioth In loco isto primitur mirum esse in mandatorum observatoribus quia non concedat quod manifestare se debebat apostolis et non mundo et tamen dubitans dixit quod quid dixit propter quod sequitur dicit ei Iudas non ille Scariotis Domine quid factum est id est quare est hoc quia manifestaturus es teipsum nobis et non mundo et indicat ei Dominus quod mirum est in eo quod illi mandata non servant in quibus est mirum videndi propter quod dicit Respondit ei Ihesus et dixit ei Si quis diligit me sermonem meum servabit Luc. vi Quid autem vocatis me Domine Domine et non facitis que dico Amor dei non est ociosus operatur enim magna si est si autem operari renuit amor non est et ex hac observacione meretur divinam manifestacionem unde Et pater meus diliget eum et ad eum veniemus et ex hac dileccione sequitur manifestacio unde dicit et ad eum veniemus et sicut venit Dominus nullum bonum deest Sap. vii venerunt mihi omnia bona pariter cum illa Et mansionem apud eum faciemus

Et se... quod ... promittit ... inhabitacio ... enim ... ad ... in ... apostolos dixit

& habet multo observancie mandatorum unde Gregorius: Si quis deum vere diligit & mandata eius perfecte custodit in eo dominus mansionem facit quia sic eum diligit ut amor penetrat ut ab hoc amore temptationis tempore non recedat & ideo supple manifestabo nobis quia mandata mea servat, ideo qui me diligit & ideo me nunc. Si quis non diligit me sermonem meum non servabit & ideo tales non merentur me unde talis est mundus & mundani Johannis xv. Si mundus vos odit scitote quia me priorem odio habuit & ideo mandata eius non servat & ideo se non manifestat mundo & me reputes quod sermones meos propos diviserunt & non patris subdit Et sermonem quem audistis non est meus .i. sermo inutilitatis est pro nomine casus pro casu eius qui misit me patris. Glossa xvi. Ego me ipso non sum locutus sed qui misit me pater ille mihi mandatum dedit quid dicam & quid loquar. Sed queritur primo hic de hoc quod dicit Si diligitis me mandata mea servate et post ego rogabo patrem & alium paraclitum, quia videtur quod possent diligere & mandata servare antequam daretur eis spiritus sanctus vel spiritum haberent quomodo dabit & quomodo. Responsio dicendum quod spiritum sanctum habebant ad diligendum & mandata servandum sed eis promittebatur a domino ad amplio rem effectum (ad effectum dilectionis) manifeste & nunc unde Augustinus: restat ut intelligamus spiritum sanctum habere qui diligit & habendo mereri ut plus habeat & plus habendo plus diligat.

Item queritur de hoc quod dicit Ego rogabo patrem. Augustinus dicit de natura & gratia quod nullus orat vel rogat pro eo quod potest per se facere; ergo si filius orat vel rogat quod daretur spiritus sanctus, filius non potest dare spiritum sanctum. Responsio dicendum ad hoc quod ideo non rogat quia minor & hoc secundum humanam naturam secundum quam per passionem est sublimatus, sua passione & morte meruit nobis spiritus sancti donationem & secundum illam naturam non potuit sed impetrare.

Item queritur de hoc quod dicit Alium paraclitum dabit nobis. Si enim paraclitus dicitur advocatus & filius est mediator, spiritus sanctus non potest esse mediator, ergo nec paraclitus, ergo nec advocatus. Responsio dicendum quod spiritus sanctus dicitur paraclitus id est interpretatione & quia consolator spiritus veritatis unde datus est nobis in pignus hereditatis eterne & est quia advocatus sed advocatus dicitur dupliciter aut quantum ad personam aut quantum ad officium; filius est advocatus quantum ad personam advocati quia est mediator sed spiritus sanctus quantum ad officium tantum, cuius est advocati officium scilicet postulare & hoc habet spiritus sanctus Romanos viii. Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Unde & hoc facit scilicet Job x. Nolite cogitare etc. non enim vos estis qui loquimini etc. Item est advocati patrem arguere & hoc facit spiritus sanctus Johannis xvi. Cum venerit arguet mundum de peccato etc.

Item queritur de hoc quod dicit mundus non cognoscit spiritum sanctum vos autem cognoscetis quia in vobis erit. Sed obicitur quod spiritus sanctus est in omnibus tam in bonis quam in malis quod patet de quo ergo omnes cognoscunt. Et si tu dicas quod non loquitur de eo secundum presentiam sed per gratiam, illud est falsum quia nequam scit utrum habeat spiritum sanctum quantum ad effectum gratie. Responsio dicendum quod hic loquitur de cognitione spiritus sancti in suo effectu manifesto unde non loquitur de eo eum in nobis per essentiam sed per effectum & ideo patet. Responsio ad primum. Sed nondum quod duplex est effectus spiritus sancti: quidam qui est in nobis & nos respicit sicut amare deum & timere & nos sumus certi nos habere et hoc habemus; et quidam qui respicit ad alios non nos sed gratificare quod est gratia data sicut facere & quantum ad hunc effectum nobis non est notus nisi per specialem revelationem cum potest tamen esse notum probabiliter licet non certitudinaliter.

Item queritur de hoc quod dicit de patre quod pater veniet unde ad eum veniemus per quod dicit post que dicit de se & patre

q de spiritu sancto. Et videtur quod non debeat de
precedentibus quia pater mittit filium quia si pater filio
veniret cum filio qua ratione mitteret filium
c. v. Et sequitur Spiritum quo venit gratia
verbi est et creaturam non assumit. Et quod
quod venire dei ad nos sicut dicit Augustinus
intelligitur per effectum non per essentiam [illegible]
Angeli veniunt subveniendo, veniunt [illegible]
dicendo, veniunt illuminando, veniunt [illegible]
do, veniunt implendo, veniunt
capiendo. Quia ergo opera trinitatis sunt indi-
visa ideo cum venit spiritus sanctus veritate venit
pater et filius, tamen per appropriationem attribuitur
patri, alteri per [illegible] mittere non per hoc quod dicit
importat effectum personalem distinctionem
per antecedentem et ideo si pater veniret cum filio
non tamen mitteret se cum filio de spiritu sancto non
faciet mentionem quamvis supra dixerat Ut
venturus sum vobis. Hec est tertia pars
capituli in qua iam facta exhortatione
dicit recessus sui accelerationem, ut cum
fuit credat, et de hoc ne desolentur, non
statim [illegible] promittit consolationem et
subiungit accelerationem ibi Nunc dixi vobis
et consolationem eius [illegible] ex parte sue
expectationis, secundo ex parte donationis, tertio ex
visitationis promissione, quarto ex sue exal-
tationis congratulatione. Primo modo ergo ponit
consolationem ex parte sue expectationis. Unde
dicit Hec locutus sum vobis apud vos manens
[illegible] hec sunt que dicebam vobis
cum adhuc essem vobiscum [illegible]
tu vero si non intelligitis [illegible] intelli-
getis in adventu spiritus sancti. Unde Paraclitus
autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo
i. in fide nominis mei quia non credentibus
in christum datus est. Ro. viii. [illegible]
in me [illegible] dicit sapientia [illegible] de [illegible]
c. [illegible] non [illegible]
[illegible] sub celo [illegible] Ille [illegible] spiritus ille
vos docebit omnia et suggeret vobis omnia
quecumque dixero vobis. [illegible] omni-
artifex docuit me sapientia est enim

in illa spiritus intelligentie sanctus. Pacem
relinquo vobis. Hic secundo consolatur eos
ex parte promissionis sive donationis in
qua magna est consolatio. Unde dicit
Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.
Ingeminat pacem ut innuat pacem gratie
et pacem glorie. Unde Augustinus: pacem suam
relinquit in qua manentes hostes vin-
cimus, pacem suam dat nobis cum sine hoste
regnabimus. Ysa. xxvi. Faciet michi
dominus pacem, faciet michi hanc dat
observantibus mandata. Ysa. xlviii. Utinam
attendisses mandata mea etc. Exponit
quod dicit meam quia distinctione dare est mea
sed non mundi et ideo subiungit non quomodo
mundus dat ego do vobis, quia mundus dat
carnalem, ego do spiritualem, mundus dat
temporalem, ego autem eternalem, mundus [illegible]
ego vero meus [illegible] supra Philipp. iiii.
[illegible] pax dei que exsuperat omnem sensum
custodiat corda vestra et intelligentias vestras. Pax mundi
custodit corpora et possessiones de qua [illegible]
x. Non veni mittere pacem etc. Non tur-
betur cor vestrum. Hic iam quarto consolatur
eos ex visionis promissione [illegible]
promissionem. Unde dicit non turbetur cor vestrum
neque formidet et ecce vos audistis quia
ego dixi vobis vado et venio ad vos. Et e[illegible]
et supra [illegible] xvi. Iterum videbo
vos et gaudebit cor vestrum et gaudium vestrum nemo
tollet a vobis. Si diligeretis me. Hic
iam quinto consolatur eos ex sue exal-
tationis congratulatione. Debet enim eius
exaltationi congratulari si eum diligunt.
Unde dicit Si diligeretis me gauderetis [illegible]
me gauderetis utique quia vado ad patrem
quia in hoc [illegible] est mea exaltatio
unde subdit Quia pater maior me
est. Et ideo cum vado sedere ad dexteram
patris ego exaltor, de qua exaltatione Heb.
i. Sedet ad dexteram maiestatis in
excelsis tanto melior angelis effectus

[illegible]

[illegible]

et de hac exaltacione caritas congaudet
Unde Ro. xii. Gaudere cum gaudentibus etc.
Et nunc dixi vobis. Postquam premissa de
eorum consolacione subiungit hic recessus
acceleracionem. Et primo notatur ratio prelocucionis,
secundo ratio accelerandi, tercio signum acceleracionis.
Dicit ergo primo rationem quare predicit, scilicet ad
fidei robur, propter quod dicit Et nunc dixi
vobis priusquam fiat ut cum factum fuerit credatis,
scilicet quia illud firmavit fidem eorum quod videbant
ita evenire sicut predixerat. Si enim
non predixisset dubitassent utrum hoc
voluntarie pertulisset. Unde post resurrectionem
hoc ad memoriam eis reducebat
Luce ult. Hec sunt verba que locutus sum
vobis cum adhuc essem vobiscum, quoniam oportet
impleri omnia que scripta sunt de me. Et quoniam
scriptum est quod oportebat Christum pati etc.
Iam non multa. Hic tangit secundum, scilicet acce
lerandi rationem, et hec est dyaboli infestacio
et divina voluntas. Propter infestacionem dyaboli
qui armabat suos satellites ad op
primendum Christum dicit Iam non multa
loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi huius, id est dyabolus,
accelerat. Dyabolus enim veniebat in suis sa
tellitibus. Si tamen hoc non cogit, quia et
in me non habet quicquam, non habebat quod
quod exigat nec quod reprehendat, quia non
habebat peccatum, et ipse principatur in peccato
ribus. Unde Iob xli. Ipse est rex super omnes
filios superbie. Unde est princeps tenebrarum,
Ephes. vi. adversus mundi rectores tenebrarum
harum, et in Christo nulla tenebra, quia ipse
erat lux vera que illuminat. Ideo venit in hunc
mundum. Secunda ratio est divina voluntas
magis eum trahebat, ideo dicit Sed ut cognoscat
mundus quia diligo patrem. Morior ad eius im
perium. Unde et sicut mandatum dedit mihi
pater sic facio. De hoc mandato Io. x. Hoc
mandatum dedit ei deus pater, non quia
meruisset ipse, sed propter nostram salutem. Unde
ii Cor. v. Eum qui non noverat peccatum

pro nobis peccatum fecit deus pater, id est hostiam
pro peccato, ut nos efficeremur iusticia dei
in ipso. Hec autem fecit propter nostram dilectionem.
Io. iii. Sic deus dilexit mundum ut
filium suum unigenitum daret. Surgite
eamus. Tangit hic tercium, scilicet signum acceleracionis
recessus, quod est in hoc quod discipulos suos
monet inde discedere. Propter quod dicit Surgi
te eamus hinc. In quo ostendit se vo
luntarie pati. Simile dicitur Mat. xxvi.
Surgite eamus, ecce appropinquavit qui me
tradet. Sed potest hic queri primo de hoc quod dicit quod
spiritus sanctus suggeret eis omnia que filius
dixerat. Suggerere enim est inferioris.
Ad hoc respondet Gregorius quod spiritus sanctus suggerere
dicitur non quod scienciam ab imo inferat, sed quia
ab occulto. Item queritur de hoc quod dicit
gauderetis quia vado ad patrem, quia pater
maior me est. Ad hoc arguunt Arriani
quod filius est minor patre. Si tamen dicatis
hoc esse dictum secundum humanam naturam, tunc pari ratione
debet dici quod ego maior me ipso
sum. Item Hilarius dicit quod pater maior
est filio secundum divinam naturam, et tunc arguitur
a relativis quod filius est minor patre, ergo
non equalis. Respondeo: ad hoc est regula
Augustini in li. i. de trinitate, quod omnia
que dicuntur de filio cum inequalitate ostendencia
referuntur ad humanam naturam, que non inequalitatem
ad humanam, et sic in proposito est intelligendum.
Unde Augustinus: humane nature congratulandum est
eo quod sic assumpta est a verbo unigenito
ut immortalis constitueretur in celo, ut id est
corporalis sublimis sederet ad dexteram
patris. Unde secundum determinacionem concedendum
est quod filius secundum quod deus est maior seipso
secundum quod homo. Quod autem obicitur de Hylario dicendum
quod Hilarius accipit hoc quod est maior
non secundum quod dicit excessum magnitudinis
proporcione vel virtutis, sed secundum quod dicit auctorem,
et quia pater est auctor respectu filii sicut
principium, ideo dicit quod maior est filio tamen

·17c

minor non dr filius qz e nom impor
tans impfcom ¶ Item quit de hoc qz
dr et nunc dixi vobis prius qz fiat ut
cum fiat sic sit cred. g° vide ad h qz
apli non hrent fidem qz eis pdicebat
eis ut crederent ¶ Item fides non hre
mitur cum hea eis pbet expitlictu
ei g° pdixit eis ex q° viderunt cum
re qz dixit expectabant ee bm g°
erant vacui a mitis fidei ¶ r° dr
est qz apli hebat fidem sz tn non
plene exsplicita nec e pfte sinceri
ut pz qz nullo mo nolebat crede
re nem / Dz g° qz dns pdicebat
eis passionem sua ut iam illa eveniret
de qua michil prius faciebat dicebat
e ad robur fidei ut videtes pass
et vacillantes rememorarent qz volebat
ut e dens passus est non unde ad
videbat et aliud credebat qz videbat
qz hos passus fuat et volens pati ut
deus aiam sua posuit et hnic
signum fuit sua pdicto Sz non ex
gens eo q° cunffret mcm ¶ Ite quit
de hoc qz dr qz dyab° non hebat in
xpo inveniom aliquid / g° vr qz deus
iniuste fecit qz pmisit eu a dyab°
opprimi ¶ Item dr qz hc facit spt
madatu pris g° s debat obedire
g° monebat ex debito non ex mea
libtate / r° qz aliqs nolendo prim
p culpa sua / hc est vine et vitatis
aliqs nolendo p culpa aliena hc e
vine dispesacois et dignacois qz
g° punitus est et volens puniq pro
nra salute placuit ponere in eo iniq
tates omn nrm et p nris scelerib
xpm sz oblatus est qz voluit et
eo nulla iniusticia ex pte dei sed
fuit sz ex pte dyab et eo qz iniuste
sibi usurpauit dnium ex xpm eo
iniuste misit dnium qz hebat i mebris

xpm Ad illud qz obic qz debuit mori
Dz est qz e debitu meriti et debitu
pcepti pctor dz mori qz meruit
Sz xpc qz ei pr pcepit / hc aute
debitu non repugnat libertati qz
sit ex amore et pt fecit xpus et eo
dr ut cognoscat mundus qz diligo pre3

Ego sum vitis vera etc ¶ In pcedenti
capl° hortatus est dns disciplos
suos ad fidei cstantia in hoc hortat
eos ad dilcom pbatam et veram et quam
vera dilco primo diligit deum et unu
in deo et inimicu diligit et tollerat spt
deum / ideo p° hortatur disciplos ad dilcom
dei / s° ad dilcom mutuam ibi hc e pcep
tum meum ut diligatis etc / s° ad dilcom et
tollerantia inimicorum ibi si mundus vos
odit etc / hortatur eos p° ad dilcom
dei / et qz qui manet in caritate in deo
manet / hortatur ad manend i se et hoc
quidem facit hoc ordine / p° describitur
mansionis locus / s° fructus / in° modus
in° effectus / mansionis vt locus exprimit
primo ipe xpc / in q° manere debet fide
les sicut palmes manet in vite / pptea
dr ego sum vitis vera etc / ideo vera qz vinum
verum pducat de quo gen penult la
vabit in vino stola sua et in sanguine
olive pallium suum alligans ad vineam
pullum suum et ad vitem asinam suam / hec
vitis non est incultu eo dr et pr meus
agricola est non tm qui extirius colat
s qui interius augeat .1. cor. iii° ego
plantaui apollo rigauit deus aut
incrementu dedit et paulo p9 dei agri
cultura est dei edificatio est / ideo pr
dr verus agricola qz opus eius ostendit
unde dr omnem palmite in me non
ferentem fructu tollet eu ar. iii° e securis
ad radice arboris posita e ois arbor
q° non facit fructu bonum exci et in ig
nem mitt et omnem qui fert fructu pgabit

[illegible]

Omnem palmite i me non fere
te fructu tollet eu sz aute
[illegible]

eum ut fructum plus afferat. purgabit
per penam unde i. Jo. i. Si confessi fuerimus
peccata fidelis est et iustus ut dimittat
nobis omnia peccata nostra et emundet nos ab
omni iniquitate. purgat etiam per patientiam
unde in ps. Quoniam probasti nos deus igne nos
examinasti sicut examinatur argentum etc. In hac igitur
vite optime locantur rami mundi
id est apostoli iam mundos hortatur ut in
se maneant. propter quod dicit Iam vos mundi
estis propter sermonem quem locutus sum vobis.
Iste sermo est qui purificat corda. Actuum
xv. fide purificans corda eorum. Et quia mundi
estis manete in me ut in vite. Et ego
in vobis ut in templo dei. Unde i. Jo. iiii. Qui
manet in caritate in deo manet et deus
in eo. Ideo mutua est mansio sicut mutua
dilectio. Jo. xiiii. Qui diligit me diligetur
a patre meo et ego diligam eum etc. Sicut
palmes etc. tetigit mansionis locum tangit
hic secundo mansionis fructum quia hic palmes
non sum vite sed in vite ideo monstrat quod
fructus ex palmite originem habet a vite
primo in opposito scilicet per separationem secundo in proprio
per mansionem propter quod dicit Sicut palmes
non potest ferre fructum a semetipso nisi man-
serit in vite sic nec vos nisi in me man-
seritis. et ideo si quis voluerit fructificare
necesse est quod maneat in eo unde fructus
habet originem Eph. i. Ipsum dedit caput
super omnem ecclesiam que est corpus eius et
plenitudo eius qui omnia in omnibus adimple-
tur. Jo. i. De plenitudine eius accepimus
omnes etc. Ideo vos non potestis fructi-
ficare nisi manseritis in me. Sed in me
potestis. Et Ego sum vitis vera et vos palmi-
tes. et ideo qui manet in me et ego in eo
hic fert fructum multum. et ideo manete in me
tamquam in fructus origine quia sine me
nihil potestis facere. Ysa. xxvi. Omnia opera
nostra operatus es domine. et quod nichil
possunt sine ipso ostendit per simile. Si quis
in me non manserit mittetur foras sicut

palmes scilicet a vite separatus quod vineam
patitur per separationem ab unitate ecclesie
Apoc. ult. Foris canes et venefici
et impudici etc. et non facit fructum
unde Et arescet per amissionem humoris
gratie. Et colliget eum et in ignem mittet
et ardet quia ardebit per inflictionem pe-
ne. unde iiii mala consequuntur. Primo
quod separatur. Mt. xv. Omnis plantatio quam
non plantavit pater meus celestis eradicabitur.
Secundo arescet Mt. xxi. Primo dixit dominus
ficulnee in qua non invenit nisi folia
numquam ex te fructus nascatur et continuo
exaruit. Ps. Aruit tamquam testa etc.
Tertio colligitur per iudicium unde Mt. xiii.
Colligent de regno eius omnia scan-
dala. Quarto igni comburitur. xv. Ezech.
Fili hominis quid fiet ligno vitis. et se-
quitur igni datum est in escam. Superius
ostendit se esse fructus originem per oppositum
mansionis. hic vero idem ostendit per ipsam
in vite mansionem que fructum dat et
respondet Si manseritis in me et verba
mea in vobis manserint non sunt illi
de quibus Lc. viii. Ad tempus credunt
et in tempore temptationis recedunt. Sed
sunt illi de quibus in ps. Qui servant testa-
mentum eius et memores sunt manda-
torum ipsius ad faciendum ea. Quodcumque volueritis
petetis et fiet vobis. Jo. ix. Si quis vo-
luntatem dei facit hunc exaudit. et
quia non solum est fructus noster sed
proximi convertendi ad dei gloriam ideo
subdit In hoc clarificatus est pater meus
ut plurimum fructum afferatis ut scilicet homines
convertantur verbo et exemplo. Mt. v.
Sic luceat lux vestra coram hominibus ut vi-
deant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum etc. Et effi-
ciamini mei discipuli id est imita-
tores mei qui plurimum fructum vobis attu-
li per meam mortem sicut Jo. xii. Nisi
granum frumenti mortuum fuerit multum fructum affert

Sicut et apostolus unde ca° tractat de eis qui plantavit ecclesiam sancti suo pro corpore eius adimpleo ea que desunt passionum xpi. Sicut dilexit me pater ·iiij· hic tangit modum qui est per dilectionem ad quam nos debemus movere quia ipse prior nos dilexit ... dicit Sicut dilexit me pater et ego dilexi vos et vos manete in dilectione mea. i. Jo. iiij. et nos ergo diligamus deum quoniam ipse prior dilexit nos. Et quia vera dilectio per opus manifestatur subiungit Si precepta mea servaveritis manebitis in dilectione mea sicut et ego precepta patris mei servavi et maneo in eius dilectione. Jo. xiiij ut cognoscat mundus quia diligo patrem et sicut mandatum dedit mihi pater sic facio. Sic et nos debemus facere. i. Jo. i. Qui dicit se in illo manere debet sicut ille ambulavit et ipse ambulare. Deinde ·v· et non ... tempore ... et in verbis eius ... Hec locutus sum vobis ... effectus mansionis et effectus est gaudium in presenti et gaudium in futuro. Propter gaudium in presenti dicit Ut gaudium meum sit in vobis. Hoc est gaudium presens quo sancti gaudent in domino non in mundo de quo Phil. ult. Gaudete in domino semper iterum dico gaudete. Propter gaudium in futuro dicit Et gaudium vestrum impleatur de quo Jo. xvi. petite et accipietis ut gaudium vestrum sit plenum. Gaudium vestrum implebitur a gaudio domini de quo Mt. xxv. Intra in gaudium domini tui. Et quia dicit hic quod dicit Ego sum vitis vera obicit Augustinus: Si vitis dicitur xpus dicitur sicut leo et lapis et ista dicuntur non per proprietatem sed per similitudinem et illa dicitur vera quando dicitur per proprietatem non ergo quia debet dicere Ego sum vitis vera sed similitudinaria. Unde Augustinus quia addidit vera ab illa se distinxit cui dicitur O quomodo conversa es in amaritudinem vitis aliena Jer. ii. Quomodo conversa es in pravum vinea aliena. Unde non dicitur vera quia non per similitudinem sed quia non aliena. Potest tamen dici quod sicut vinum verum est quod habet operationem vini sic vitis vera que habet operationem vitis. Ergo ad literam tunc est vera quando vinum producit. Non vera que non fructificat. Sic et similitudinaria dicitur vera que habet actum vitis, non vera que non habet. Sic et xpus quia vinum habet actum vitis vera vitis. Et synagoga non de qua Ps. i. expectavi ut faceret fructus uvas fecit autem spinas. Et tunc restat quod quare dominus grano frumenti magis se comparat in scriptura et ligno vitis quam ligna. Responsio hic est propter corpus suum et misticum. Verum corpus xpi verus cibus est et verus sanguis est verus potus. Cum igitur ex granis frumenti fit panis aptius reficiens et ex vite vinum aptius potans ideo comparavit se viti et grano et inde est quod his duabus speciebus sacramentum altaris conficitur. Alia vero est propter corpus misticum quia sicut ex purissimis granis frumenti et racemis vine conficitur panis et vinum sic ex puris fidelibus corpus xpi misticum. Hic queritur secundum quam naturam xpus sit vitis utrum secundum divinam aut secundum humanam. Et quod secundum humanam dicit Augustinus unius nature sunt vitis et palmites propter quod cum esset deus cuius nature non sumus factus est homo ut in illo esset vitis humana natura cuius et nos palmites esse possemus. Sed contra hic est quod secundum quod vitis influit in palmites humorem ergo secundum humorem gratie non influit nisi solus deus et secundum quod deus ergo est vitis secundum divinam naturam. Item in hac vite omnes sancti ab Abel usque ad ultimum iustum inseruntur et passi sunt. Sed xpus secundum humanam naturam secutus est Abel ergo non fuit in eo palmes secundum humanam naturam. Resp.

intelligendum est quod quamvis dicatur de xpo
secundum divinam naturam pure ~~ita quod ipse~~
~~dicitur de eo abstracta quod intellectus~~
~~humana~~ sicut esse eternum et impassibilem /
conceditur secundum humanam pure sicut esse
mortalem et passibilem et conceditur secundum
utramque per unita divine vel communem ut esse
mediatorem / nam si tantum deus iam non
mediator / et si tantum homo iam non media
tor et deus et homo / iam mediator et
secundum hoc unitus est caput ecclesie secundum quod me
diator. vel quod dicitur unitis hoc non est secundum humanam
naturam pure sed secundum quod coniuncta est divine in
unitate ypostasis / et propter unitatem ypostasis
unius est obiectum fidei secundum naturam utriusque / unde
magis credimus deum et hominem et quod sine
hac fide implicita vel explicita nulli
sunt salvati. Humor gratie / ab hac vite
in omnes suos redundavit / et sic patet quod
fuit nobis procedendo et sequendo unde et qui
preibant et qui sequebantur clamabant osanna filio david
/ unde optime signatus est xpc per botrum
qui allatus est de terra promissionis
numeri xiij quod offerebant in vectibus / et qui
preibat portabat sed non videbat sequentes
portabat sed et videbat. Item quod augustinus
de hoc quod dicitur vos mundi estis propter ser-
monem quem locutus sum vobis quod sermo est exterius / mun
dicia interius quo ergo potest exterior sermo
interius mundare / respondeo dicendum quod hic vel propter
fidei sacramentum propter fidem quod fides exam
dita que cor purificat propter fidei sacramentum
quod est baptismus. Unde augustinus. In aqua verbum
mundat de isto verbo quod est aqua in aqua
in aqua accedit verbum ad elementum et fit
sacramentum. Illud autem verbum fidei est sacramentum
et si sit verbum tamen mundat ut dicit augustinus
non quia dicitur sed quia creditur Ro. x. si confite
aris in ore tuo dominum et
in corde tuo credideris quod deus exaltavit
illum a mortuis salvus eris. Quaeritur
de hoc quod dicit pater tollet eum palmitem
non si fuit aut tollet de vite aut
tollet de vita / de vite non quia nullum pater
de filio suo separat aut si tollit quo
tollit de vite quia qui non operatur bonum
hic ipso separatus est a vite xpo / quia
gratiam non habet ymo perdidit si de vi
ta illud falsum est quia plures vivunt ma
li quam boni ut videmus. Item bonos
et tollit de vita corporali sicut malos
respondeo dicendum quod palmites a xpo tollit non
vita nature sed vita gratie et vita glorie di
auferuntur palmes ab hac vite non per mor
tem nature sed per mortem culpe vel dampnationis
eterne unde palmites infructuosi
et qui inutilem gratiam dei recipiunt a
vite separantur merito culpe sue / iudicio
divine iusticie unde apostolus. In quia accepi
dus eos in ira te eiciam quia iusto
iudicio gratiam apponit eis de iudicio
dampnationis eterne tollentur ut in ignem
mittentur quia tempus emendi eis precluditur
unde dicitur tollet non quia statim auferatur
in locum puniendi tenuatur. Item quaeritur
de hoc quod dicitur sicut dilexit me pater
et ego dilexi vos quia hic est quod dilectio
patris ad filium est naturalis dilectio filii ad
nos est pure gratuita ergo non videtur similitudo
Quaeritur ergo per quomodo dicitur sicut dilexit
me pater et cetera. Unde respondeo quod sicut dicit
Richardus de sancto victore in diviniis est amor
pure gratuitus debitus et ex utroque
permixtus amor patris ad filium est
pure gratuitus quia pater dat filio et non
recipit amor non spiritus ad patrem et
filium est pure debitus quia tantum recipit
amor non filii ad patrem est debitus
quia recipit ad spiritum sanctum gratuitus quia
dat / quia igitur filius dilexit nos gra
tuite pure ideo amore quo diligit
nos comparat amori patris ad se.
hoc est preceptum meum postquam hortatus
est dominus ad dilectionem dei hic secundo hortatur

ad dilectionem fratris et amici et hoc quid fac-
it triplici modo. primo ad dilectionem superioritas
astringit inventum obediencie. secundo inventum
divine amicicie. tercio inventum remuneracionis
eterne astringit primo precepto obediencie et immi-
nens hoc ecce quod in Iohanne xv capitulo tamquam
preceptum propter quod dicit hoc est preceptum meum
ut diligatis invicem. unde Iohannis xiii mandatum
novum do vobis ut diligatis invicem et modus
subiungitur sicut dilexi vos non verbo vel
lingwa sed opere et veritate. sicut ego vos
et proprio opere dilexit eos monstrat
maiorem namque caritatem dilectionem nemo habet quam
ut animam suam ponat quis pro amicis suis. quia dicit michi
plus potest facere quam vitam dare quia omnibus
carior. Ephesios v. Christus dilexit nos et
tradidit semetipsum pro nobis oblacionem et
et hoc fuit vehementissima dilectio nostra
patris in Christo. qui tradidit se et animam
suam et in pretio. Romanos viii. etiam proprio
filio non pepercit et pro nobis omnibus tradidit
illum quia non omnia donavit. Unde non enim
quam magna est dilectio qua me diligit
filius super hanc dilexit nos Christus
ysaie xlix. numquid oblivisci potest mulier in-
fantem suum ut non misereatur filio uteri
sui etc. Item maior quam uxoris viri et
super hanc dilexit nos Christus Ieremie iii
vulgo dicitur si dimiserit vir uxorem suam etc.
numquid revertetur ad eam ultra. tu autem
fornicata es cum amatoribus multis tamen revertere
ad me et ego ad te. Item maior quam
ad corpus et super hanc dilexit nos Christus
Ieremie xii. Reliqui domum meam etc. dedi
dilectam animam meam in manus inimicorum et
nullum corpus est illud tam forte et ut
mors dilectio. Vos amici mei estis
hic secundo hortatur ad dilectionem mutuam
inventum divine amicicie. unde offert
amiciciam suam hiis qui servant precepta
mandata inimicorum etc.

sua ut ipso dominus precepit vivere diligat
propter quod dicit vos amici mei estis si feceritis
que ego precipio vobis. magnum quod promit-
tit eius amiciciam promittit. Augustinus magna
est dignacio domini cum nos amicos vocare
dignatus est. cum sit amicus noster. privatus
est enim amicicia dominorum servorum et ut in xi
Iohannis exemplo Sapiencie vii. amicos dei
constituit vim sapiencia in animas se trans-
fert et amicos dei constituit. Christo magis
dilectio hoc dilectio probatur in opere. ideo dicit
vos amici mei estis si feceritis que ego precipio
vobis ex amore ut amici non ex timore
ut servi quia non estis vocati in servitute
propter quod dicit. Iam non dicam vos servos
licet servus fuit Romanos viii. Non accepistis
spiritum servitutis iterum in timore sed spiritum
adopcionis filiorum et propter signum hoc omnia
quecumque audivi a patre meo nota feci vobis. ideo dicit vos
autem dixi amicos quia omnia quecumque au-
divi a patre meo nota feci vobis. hoc signum est
magnum amicicie revelacio secretorum
Ephesios i. Notum fecit nobis sacramentum voluntatis
sue. Matthei xiii. vobis datum est nosse
misterium regni dei etc. Non vos me
elegistis. hic tercio hortatur ad dilectionem inventum
remuneracionis eterne ad quam vocati
erant non propter se merentes propter quod dicit Non
vos me elegistis sed ego elegi vos Ephesios
i. Elegit nos ante mundi constitucionem ut
essemus sancti etc. et ad quod elegit subdit
et posui vos ut eatis et fructum affe-
ratis in aliorum conversione quod fit per predicacionem
verbi dei quod est tamquam semen quod fructum
affert qui recipit in terra bona. Luce
viii. Quod autem in terram bonam hii sunt
qui in corde bono et optimo audiunt verbum
dei et fructum afferunt in paciencia. i. Petri i.
Renati non ex semine et fructus vester
maneat. ad vitam salutem et consolacionem

per divinam reconciliationem et subiungitur
reconciliacio. Et quodcumque pecieritis patrem
in nomine meo, id est quod sit ad veram salutem,
det vobis. Sed ante quam est peccatum est vera
salus. Unde Matth. vi: Primum querite regnum
dei. Sic procedit illa sancta anima in pro-
bum peccati a domino habet requirere [illegible]
initium huius reconciliationis dei mandatum
Christi servandum est. Ideo illud iterat. Hec
mando vobis ut diligatis invicem. Mandatum
dilectionis dicit quasi mandatum quod ego solo dicit.
Jo. e. xiii: Mandatum novum do vobis. Et
i. Thess. iiii: De caritate fraternitatis non necesse
habemus scribere vobis; ipsi enim vobis a deo didi-
cistis ut diligatis invicem. Set queritur
Gregorius super illo de hoc quod dicit hoc est preceptum
ut diligatis invicem, cum cuncta divina
eloquia domini sint plena preceptis,
quare est quod de dilectione singulariter dicit hoc est
preceptum meum. Et unde quod omnia precepta
multa sint et unum, multa per diversitatem
operis, unum in radice dilectionis et radice
dilectionis. Dicit quia non habet viriditatem ra-
musculus boni operis nisi manserit in radi-
ce dilectionis. Quia ergo mandata ad preceptum
dilectionis referuntur in quo omnia unum et
implentur, inde est quod dicit hoc est preceptum
meum singulariter. Item queritur de hoc quod dicit
maiorem hac dilectionem nemo habet ut animam
suam ponat quis pro amicis suis. Contra [illegible] pro ca-
ritate [illegible] alius [illegible] maiorem potest
mori pro amico. Quid est ergo quod dicit maiorem?
Item in patria est multo maior cari-
tas quam sit in via. Quid est ergo quod dicit maio-
rem [illegible] quod hic non dicit quantum ad
caritatem vel actum eius proprium
sed quantum ad signum vel effectum quia hoc est
proprium signum dilectionis. Sed tunc obicitur
quod maius est pro inimico mori quam pro amico.
Ergo adhuc non est maius signum dilectionis
mori pro amico. Unde arguit apostolus Ro.
v.: [illegible] mori. Si cum inimici essemus

reconciliati sumus deo per mortem filii
eius, multo magis reconciliati salvi
erimus in vita ipsius. Ad hoc respondet
Gregorius quod hic non actus non tamen supponit
pro his qui dominum diligebat sed est pro
inimicis. Quia amici domini erant quia dominus
eos amabat, ideo pro eis animam suam
ponebat. Vel intelligendum quod dominus lo-
quebatur de dilectione amicorum et quantum ad illa
dilectionem nullum maius signum quam mori
pro amico. Unde non est excessus simpli-
citer sed in genere. Item queritur de hoc quod dicit
Iam non dicam vos servos. Contra Matth.
xxv: Euge serve bone, et sic vocat beati-
ficatos servos. Quid est ergo quod dicit non dicam
vos servos? Item Jo. xiii dixit sic docens
eos: Ergo a [illegible] et illos dixit
servos. Respondeo dicendum quod servus dicitur dupli-
citer: uno modo [illegible] obediencia et subiec-
tione, et sic servus non distinguitur contra amicum
et sic omnis amicus dei servus est eius. Alio
modo dicitur servus timens et talis quantum ad solli-
citudinem servus amicus non est, et de tali loquitur
dicit quia volebat quod mandata sua eius
servi implerent sed potius amicabiliter.
Item queritur de hoc quod dicit Omnia que 2
audivi a patre meo nota feci vobis. Sed
audivit filius a patre infinita, quia non
fecit infinita. Respondeo quod non loquitur de
his que audivit [illegible] sed [illegible]
hoc. Vel aliter: quia diem iudicii novit
et [illegible] tamen discipulis noluit revelare
propter hoc videtur [illegible] quod omnia pertinencia
ad salutem. Contra infra xvi: Adhuc
multa habeo vobis dicere que non potestis
portare modo, et constat quod ad eorum salutem
[illegible]. Respondet [illegible] omnia non fecit,
id est disposuit nota facere. Sic enim
frequenter loquitur scriptura ponens preteritum
pro futuro in signum certitudinis. Vel omnia
necessaria ad salutem [illegible] quod capere poterant

[illegible] ... odio habent ... [illegible]
sine [illegible] ... oderunt vos [illegible] - 14
nos [illegible] ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]

& sic patent omnia. ¶ Item quaeritur de hoc quod dicit non vos me elegistis. Contra Deuteronomii xiiii. Dominus elegit te ut sis ei in populum.
¶ Item quaeritur de hoc quod dicit non vos me elegistis. Sed in veritate consistit in electione quomodo intrabant si ipsum non elegerant. Responsio quod hoc intelligendum est primo non quod primo nos eligimus dominum, sed primo quod ipse elegit praedestinando & postmodum elegit ex alio mundo, et nos postmodum eligimus vocationi consentiendo. ¶ Si vos mundus odit etc. Hic est tertia pars capituli in qua dominus hortatur ad tollerandum iniuriam persecutionum & hoc quidem facit per hunc modum. Primo ostendit mundi inimicitiam. Secundo quod praecedit inimicitiam aliorum iniuria. Tertio non ostendit persecutionem sive odientium malitiam. Primo non sua innocentia. Quarto non discipulos invitat ad patientiam. Primo ergo ponit mundi inimicitiam quod futura erat contra membra ad exemplum capitis, fuit enim odium mundi vel capitis quod est Christus. Propter quod dicit: Si mundus vos odit scitote, id est considerate quod me priorem vobis odio habuerunt. Huius odii assignavit dominus supra ponendo capitulo iii. Omnis qui male agit odit lucem. & infra vii. Me odit mundus quia testimonium perhibeo quod opera eius mala sunt. Propter hanc causam eciam odit odium membrorum. Unde huius odii reddit causam quia ipsi dissentiebant a mundo. Propter quod dicit: Si de mundo fuissetis, id est in mundo manssissetis per conformem consuetudinem mundus quod suum erat diligeret. Unde infra vii dicit: Mundanus tempus autem vestrum semper est paratum. Non potest vos odisse mundus. Quia vero de mundo non estis, id est mundanae conversationis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Illud odium figuratum fuit Genesis xxvii: In odio Esau ubi dicitur: Oderat Esau Jacob pro benedictione qua benedixerat eum pater eius. Esau mundanos & reprobos significat, sed Jacob electos. ¶ Mementote sermonis. Hic tangitur iniuria eadem modo quo inimicitia scilicet capitis prius & membrorum postea ad exemplum capitis, propter quod dicit: Mementote sermonis mei quem ego dixi vobis. Non est servus maior domino suo. Supra xiii. Amen dico vobis non est discipulus super magistrum nec apostolus maior domino. Et id sic arguit: Si me persecuti sunt & vos persequentur. Et illud est quia ut sic odientes persequuntur caput quod est membra. Unde dicitur recusat esse in corpore qui odium non vult sustinere cum capite. De persecutione capitis secum in passione persecuti sunt hominem inopem & mendicum & compunctum corde non solum persecuti sunt in passione & contempserunt in corde. Unde dicit: Si sermonem meum servaverunt & vestrum servabunt, id est sicut in sermone contempserunt ita & vestrum. Lucae x. Qui vos audit me audit & qui vos spernit me spernit. Vel servaverunt, id est servaverunt ad calumpniandum. Lucae xx. Observantes miserunt insidiatores qui se iustos simularent ut caperent eum in sermone & in passione observabit prior iniustus et persequentur mundum caput & membra. Non persecuntur caput propter membra sed econverso ut dicit: Sed haec omnia facient vobis propter nomen meum, scilicet debitum pro quo bonum est iudaeos persecuti sunt hominem & deum etc. Sed hoc est caecitatis infidelitatis. Unde: Tunica nescierunt eum qui misit me. Infra viii: Neque me scitis neque patrem meum scitis & infra xvii. Si non venissem etc. Hic iam ostendit odientium & persequentium malitiam. Ostendit ergo eorum malitiam inexcusabilem tum per ea quae audierunt tum per ea quae viderunt. Per ea quae audierunt unde dicit: Si non venissem & locutus eis non fuissem verba scilicet fidei & eruditionis peccatum non haberent, supple ita grave et inexcusabile quia

[illegible marginal annotations]

[illegible] ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]

Luce xii Servus qui cognovit voluntatem
domini sui et non fecit vapulabit multis / qui
autem non cognovit vapulabit paucis
et eo si non audissent excusabiles essent
aliquo modo per ignorantiam. Nunc autem ex-
cusationem non habent de peccato suo quia non
ex ignorantia non credunt sed ex odio
quod odium redundat in patrem propterea quod dicit
Qui me odit et patrem meum odit / Con-
tra superbia sua elevati sed idem patet sup-
bia eorum qui te oderunt ascendit semper / quia quod
ex malicia audire recusaverunt ideo
inexcusabiles fiunt. Matthei xii Regina
austri surget in iudicio cum generatione hac
que venit a finibus terre audire sapientiam
salomonis. Ro. ii. Inexcusabilis es o homo
omnis qui iudicas / teipsum condempnas
Inexcusabiles ergo sunt iudei propter ea que
viderunt ideo dicit Si opera non fecissem
in eis que nemo alius fecit peccatum non
haberent sed non credendo ita magnum pec-
catum quia sicut Jo. v dicit Opera que ego
facio testimonium perhibent de me. Nunc autem et vi-
derunt / et oderunt me et patrem meum. Et
iste sicut ex malicia recusat esse
et persecuntur peccata inexcusabiles sunt
Matthei xi Ve tibi corozaim ve tibi beth-
saida quia si in tyro et sidone facte fuis-
sent virtutes que in te facte sunt olim in
cilicio et cinere penitentiam egissent verum-
tamen dico vobis tyro et sidoni remissius erit
et hec iudeorum malignitas in scriptura est
precognita dicit Sed ut adimpleatur sermo
qui in lege eorum scriptus est / Similiter
[illegible] lex [illegible] possedit psalmus [illegible]
odio habuerunt me gratis in psalmo [illegible]
qui adversabantur mihi [illegible] et ode-
runt me gratis et [illegible] et
alius psalmus [illegible] loquebar illis impug-
nabant me gratis [illegible]
[illegible] fuit Gen. xxxvii [illegible] quia fratres
Joseph oderant eum et non poterant

Lectio
Cum autem venerit. Hic iiii° insinuat modum
confirmandi testes spiritus sancti et apostolorum propter
quod dicit Cum autem venerit / ita ipsi
me persecuti sunt tamquam virum nequam et morte
dignum. Cum autem venerit paraclitus quem
ego mittam vobis a patre spiritum veritatis ille
testimonium perhibebit de me. Actuum i°. Spiritus veritatis
est quem dedit deus omnibus obedientibus
sibi et perhibebit de mea innocentia testimonium
arguet mundum de malicia. Infra xvi
Cum venerit arguet mundum de peccato
quia non credunt non solum ille testimonium perhibebit
sed vos illo confirmati unde Et
vos testimonium perhibebitis quia ab initio mecum
estis / Actuum i. Oportet ex hiis viris
qui nobiscum sunt congregati ab eo tempore quo
intravit et exivit inter nos dominus Jesus
testem resurrectionis eius unum ex istis fieri testem
non crediderunt apostoli ante adventum
spiritus sancti sed post / unde petrus ad vocem ancille
Christum negavit / tunc magna cum audacia
principi sacerdotum post missionem
spiritus sancti videlicet Actuum v. Oportet obedire
magis deo quam hominibus. C. 16
Et locutus sum vobis / hic in 5°
discipulos suos armat ad pacien-
tiam ut propter tribulationes non deficiant
sed eas sustineant propterea dicit Hec locu-
tus sum vobis ut non scandalizemini
quia dicit gregorius minus feriunt iacula
que previdentur et tollerabilius mundi mala
~~[illegible]~~ suscipimus si contra hec per providentie
clipeum munimur. Ideo premunit eos
de tribulatione futura. Absque synagogis
facient vos. Actuum viii facta est persecutio
magna in ecclesia Jerusalem et
ideo dispersi sunt omnes per regiones iu-
dee et samarie et in hiis alibi presertim
[illegible] synagoge. Sed venit hora
ut omnis qui interficit vos arbitretur
obsequium se prestare deo. Hora ista fuit

temporis predicacionis apostolorum tunc occidendo
eos arbitrabantur se benefacere unde exemplum
est in paulo act. ix. qui impetravit litteras
a principibus sacerdotum in damascum ut si quos
invenisset huius vie viros ac mulieres vin-
ctos perduceret in ierusalem etc. talis autem cogi-
tacio actu fit ab infidelibus ideo dicit
Et hec facient vobis quia non noverunt pa-
trem neque me id est propter ignoranciam et incredulitatem
exemplum est in paulo .i. thi .i. qui fui blasphe-
mus et persecutor et contumeliosus sed ig-
norans feci in incredulitate Cont-
ingit hec mala animat discipulos predicendo
penas eis unde dicit Sed hec locutus sum vobis
ut cum venerit hora eorum quasi [illegible]
vos reminiscamini quia ego dixi vobis
Reminiscencia et memoria verborum dei mul-
tum valet ad ista mala perferenda cum
oblivio noceat ideo deuteronomio viii cave
ne quando obliviscaris domini dei tui et ne-
gligas mandata eius Recordacio
sermonis dei hominem erigit et dirigit
unde dicitur math. xxvi. Recordatus est
petrus verbi ihesu et egressus foras fle-
vit amare post remissionem et conversionem
ad dominum omnes [illegible] Sed queritur hic
primo de hoc quod dicit non noverunt me
cum tamen ipsi pharisei cognoverunt christum
quod sit verus quia dicitur math. xxi in parabola
de vinea illi cultores dixerunt hic
est heres venite occidamus eum Item
in luca dicitur nunc autem viderunt et oderunt
me quomodo fuerunt christum odientes Sed quod
hoc est quod act. iii. et nunc fratres scio
quia per ignoranciam fecistis sicut et principes vestri
quomodo principes per ignoranciam occiderunt
christum non quomodo cognoverunt Item .i. cor. ii
si cognovissent nunquam dominum glorie crucifixissent
quomodo non cognoverunt christum Iudei quod
christus et deus erat et messias sibi promissus
principes in lege doctores quomodo quod iudei

mali cognoverunt quod ipse erat christus eis pro-
missus et verax et innocens Sed quod esset
dei filius non cognoverunt Et ideo veritatem
agnitam impugnaverunt videntes [illegible]
ipsum non esse nec [illegible] statum eorum co-
cati sunt ut in eo dignitatem non cognoscerent
in quantum homo [illegible] ut quod dicit autem
quod cognoverunt autem quod non referenda est
cognitio ad diversa cogitata Alii referunt
ad diversa tempora quod in principio cognoverunt
Sed postmodum impugnando per maliciam
sua excecati sunt Item queritur de hoc quod dicit
Si non venissem et locutus fuissem peccatum
non haberent quomodo sic [illegible] illi qui
non audierunt et non crediderunt non damp-
nantur propter infidelitatem quod manifeste
falsum est quia nullus salvatur sine fide
Item pueri hic tyri et sydonii qui non
crediderunt non dampnabuntur quod manifeste
